



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Via brevis & plana orationis mentalis acquisitæ

urn:nbn:de:hbz:466:1-38621

nostra, iis privemur, potens est Dominus omnes istorum exercitiorum in nobis supplere defectus.

Denique fides magnam suis cultoribus instillat paupertatem spiritus, & nuditatem interiore sciendi, fruendi, gustandi videlicet illustrationes, notitias particulares, & sentimenta solo divinae voluntatis, & mandatorum Dei scopo desiderii nostris proposito: neque necesse habeat, aut visiones, aut revelationes appetere, instinctibus aut sentimentis inhaerere, cum ista omnia supergressi sint fundati in universali, certa & infallibili Scripturae sacrae revelatione.

Fides affectus consolationum expurgat, & evacuat, docens viam caeli regiam cruces esse & tribulationes. Illustrationibus quoque, & particularibus de Deo notitiis cor purificat quando-

quidem omne id, quod de Deo cognoscimus & intelligimus fides transcendat.

Hinc ergo apparet viam hanc nuditatis fidei, utilissimam esse, cujus officium est, duobus affectibus animam evacuare. Primo affectu gustuum & consolationum, docens nudè quaerere JESUM crucifixum, & huic soli placere velle. Secundo affectu revelationum & visionum particularium animam emundat, dum altiore modo, certiorque infallibilis veritatis cognitione eam illustrat.

Verum haec fidei nuditas, non ita incipientibus convenit, sed iis demum, qui jam ad viam unitivam pervenerunt, & hi, facili jam cursu, in via Domini exultant, virtutesque heroicas operantes, multos acquirunt gradus gratiae in terris, & eadem proportione sempiternae gloriae in caelis.

VENERABILIS PATRIS
THOMÆ à JESU
 VIA BREVIS & PLANA
 ORATIONIS MENTALIS.
PROLOGUS
 AD LECTOREM.



BREVISSIMVS hic orationis mentalis acquisita (id est ejus Orationis, qua labore nostro & industria, divina cooperante gratia, acquiritur) Tractatus, de eo agit orationis genere, quod omnibus Christianis commune est, ipsa pluribus in locis Luc. 18. Matt. 29. Phil. 4. nos ad illam invitante, imo & praecipiente Scripturae sacrae. Oportet semper orare. Et, Vigilate & orate. Item: in omni oratione & obsecratione, petitiones vestrae innotescant apud DEVM. Nam cum de oratione & contemplatione à DEO infusa, quae non omnibus communia, sed specialia sunt DEI dona, duobus libris nuper in lucem editis latissime tractaverimus: plurimi, qui necdum experientia, aut intelligentia, sublimem illam capere poterant contemplationis, & divinae theoriae doctrinam, merito faciliorem quandam & omnium captui magis accommodam, communemque ad perfectionem tendentium orandi methodum desiderabant. Quare, cum omnibus debitores simus, ut inquit Apostolus, opera pretium existimavimus, nuper à nobis editis, quos diximus, de divina contemplatione libris, hanc methodicam orationis acquisita explanationem praefigere; ac viam planam & compendiosam omnibus aperire: quò non solum sublimibus istis animabus, quae quasi aquila generosiores altissimo contemplationis volatu terreae haec transcendentes, purioris aerae salubritate vescuntur, sed etiam illis, quae in sudore vultus sui laborioso orationis acquisita pane vescuntur, satisfaciamus.

Conabimur igitur brevi isto compendio animam spiritualiter in CHRISTO renatam excipere brachiis, lactare, atque ab lactare, pauloq; solidiore cibo, donec ad maturam aetatem & virilem perfectionem veniat, enutrire; ab ipso nimirum spiritualis vitae tyrocinio per omnes illius aetates, veluti per quosdam gradus, certis quibusdam regulis, documentis atque exercitiis paulatim quasi supputatis ac mensuratis profectus spiritualis passibus, manuducere: usq; dum factis solidis vitae omnino spiritualis fundamentis, mediante unione ac divina transformatione, occurrere possit Domino in animam perfectam. Multiquidem hanc aetate auctores, varios, maximo animarum commodo, hac de re Tractatus edidèrunt: verum alii ita proluxos, ut vix perlegi; alii ita breves & obscuros, ut vix possint intelligi. Brevisimo igitur & clarissimo compendio ea, quae ab aliis copiosius, vel minus clarè pertractantur, digesta atque explanata trademus: breviter exponentes, quid sit

fit oratio mentalis acquisita, qui ejus actus sive partes, qui gradus sive status incipientium, proficientium, & perfectorum. Alias etiam Deo dante trademus regulas, quibus securè quis & facile ad orationis perfectionem perveniat: ac denique, si per vires lationes, altera de Oratione acquisita, de contemplatione altera sint veluti praeambula & proxima dispositiones, ut quis, gratiâ divinâ & supernaturali praevenitur, ad orationem & contemplationem naturales & divinas quantocius assurgat. Hunc igitur laborem nostrum, amice lector, aequi bonique consule.

CAPVT I.

Quid & quotuplex sit Oratio mentalis generatim sumpta.

ORATIO mentalis generatim accepta, unanimitè omnium fere SS. Patrum consensu est mentis in Deum elevatio. Quae quia duplici modo fieri potest, duplex quoque assignatur Orationis species; acquisita una, infusa altera, sicut & virtutum quaedam infusae, quas Deus in nobis sine nobis operatur, ut ex S. Augustino docet S. Thomas, quaedam Acquisitae sunt, quas propria industria, divinâ opitulante gratia, possumus comparare. Simili modo Orationem jure merito in acquisitam & infusam dividimus, Inter quas non parum est discriminis & differentiae, ut plenius quidem à nobis dictum est libro 1. de Divina Oratione cap. 1. breviter tamen nonnihil attingendum. Acquisita, industria & exercitatione propria, licet non sine divina operatione, & gratia, acquiratur, & perficitur: Infusa vero à gratia & inspiratione divina, non tamen sine cooperatione nostra procedit. Uterius Infusa à Spiritu S. medio aliquo dono, intellectus praecipue & sapientiae, modo ita divino & supernaturali in nobis promanat, ut ad eam humana ratio, etiam gratiâ & charitate praedita, neque veat perungere. Acquisita verò, humano modo, id est, per rationis, divinâ gratiâ aliisque supernaturalibus virtutibus adjuvata, discursum.

Quae quidem licet supernaturalis quoque alio sensu merito vocari possit, quia tamen humana ratio virtutibus Theologicis (quamvis omninò supernaturaliter & in ordine ad finem supernaturalem) modo quoque humano, per discursum ac propriam industriam movetur; quantum ad nosse autinet propositi rationem, oratio supernaturalis & infusa non dicitur, nisi desuper adit supernaturalis instinctus, & divina Spiritus S. medio quo ejus dono, motio secundùm illud:

Rom. 8.
Tract.
de Contempl.

Qui Spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt. De hoc duplici Orationis genere egregiè Carthus. dissertuit dicens: Orationi duplici via sive modo exercetur. Primo regulariter & communiter per rationis usum sive discursum, & haec oratio rationalis sive acquisita dicitur, cujus complementum, decor, & forma debet esse dilectio Dei: unde debet habere tecum conjunctos divinae charitatis actus, tam Internos, quam externos, quales sunt: de DEI bonitate caeterisque ejus perfectionibus gaudere, ad DEUM fervidè affici, ex ejus amore de peccatis compungi, orare pro extirpatione vitiorum, in quantum sunt impedimenta orationis, & pro gratia acquirendi orationem, passionis Christi affectuosè & compassivè recordari. Praeclarissimum insuper orationis infusae opus est, hymnis & laudibus Creatoris pura mente insistere, hoc enim daemones fugat,

desideratam gratiam assuetè meretur, & vitae caelestis praeludium est.

Potest praeterea & aliud inter Orationem infusam & acquisitam assignari discrimen, quod illa à Spiritu sancto medio aliquo dono, haec vero ab habitu Fidei supernaturali, vel à virtute Religionis infusae dimanet, Verum si res attentius inspectatur, omnis Orationis utriusque differentia ferè in modo tantùm consistere deprehenditur. Infusa enim pleniori atque eminentiori modo Spiritu S. movente, Deum attingit, ad quem acquisita humano modo, industriaque tendit. Ex quo fit, ut (quem admodum rectè annotavit Richardus) quae de DEO media Oratione acquisita discurrendo & laborando cognoscere possumus, eadem altiori modo per Orationem infusam donum penetrare valeamus. Hinc etiam acquisita in infusam frequenter terminatur, simul etiam in incipientibus committitur; ordinatum enim remissionis laborem efficacissimus Spiritus sancti assilatus interdum non sublevarat quae adjuvat, ut plenis aliquando velis, atque etiam, nonnunquam velis simul & tenis velocissimè ac placidissimè ferantur. Atque haec supra citato de Divina oratione tractatus loco fusiùs à me explicata hic attingisse sufficiat. Nunc de oratione mentali acquisita tractemus, ac priore loco ejus definitionem & partes exponamus.

CAPVT II.

Quid sit Oratio Mentalis acquisita.

SANCTVS Augustinus mentalem orationem definiens inquit: Oratio est rerum, quibus indigemus, à DEO petitio. S. Damascenus, Oratio est mentis in DEUM elevatio. Alii, Animae describunt cum DEO colloquationem. Quae etiam (diverso tamen ut supra diximus modo) in utroque, & infusae & acquisitae repetitur orationis genere. Acquisitae tamen appropriari poterunt hac vel simili expositione: Oratio est mentis in DEUM, nostro labore & industria, licet non sine divina gratia, elevatio. Eodem quoque ferè sensu de reliquis dixeris.

Cum igitur oratio sit mentis elevatio, quae tam per cognitionem, quam per affectum in res supernas elevatur, non incongruè SS. PP. orationem mentalem definiens, nunc eam per intellectus, nunc per affectus operationes, explicaverunt. Sanctus itidem Augustinus loco supra citato, Quod autem, inquit, est oratio? nisi ascensio animae de terrestribus ad caelestia, inquisito supernorum, invisibilium desiderium? Er, Oratio est conversio mentis in DEUM per piàm & humilem affectum. S. Bernardus, Oratio, ait, est devota cordis intentio in DEUM pro malis amoven

Epist. ad
Fr. de
monte
Dti.

vendis, & bonis adipiscendis. Et alibi: est hominis DEO adherentis affectio, & familiaris quædam & pia allocutio.

Atque hæc etiam duplex mentis functio cognitionis & amoris, qua mens medio aliquo pio affectu ad celestia sublevarur, utriusque modo dictæ Orationi infusa & acquisita communis est.

2. 2. 9.
13. 4. 3.

Oratio potest secundum *S. Tho.* Actus est virtutis Religionis, quo DEUM reveremur atque honoramus. Cum enim oratio sit quædam petitio, qua DEI opem imploramus, consequitur eam actum quoque esse subjectionis & submissionis, qua nos DEO inferiores confitemur, divinitus ipsius adjutorii indigos, Deumque, infinitam ipsius potentiam, sapientiam, promptam que in auxiliando & succurrendo agnoscimus misericordiam, plurimum reveremur & honoramus. Vult enim DEUS isto à nobis modo honorari ac adorari: non quasi nostrorum bonorum indigenti aliquid inde accedat utilitatis, sed propter bonum profectum que nostrum: ut in DEO cum omnipotentia bonam cognoscentes voluntatem, atque in nobis adjuvands magnificentiã, eidem tantquam DEO ac Domino nostro, quo indigemus subijciamur, atque innitatur, conemur que nos ipsos totaliter ei unire atque conjungere. In ista enim animæ ad DEUM subiectione, bonum nostrum, vitæque spiritualis perfectio consistit: sicut & cæterarum creaturarum perfectio est suo subijci uniri que principio, ut in corporis ad animam patet conjunctione.

Ex his colliguntur quatuor hæc ad Orationem necessaria, *Primum*, Indigenitiæ rei alicujus experientialis cognitio. *Secundum*, desiderium eandem rem consequendi. *Tertium*, agnoscere iidem solum DEUM esse, qui nostræ possit necessitati succurrere. *Quartum*, seipsum coram Deo humiliare, suam agnoscendo indigentiam, à qua à solâ divinâ bonitate atque potentia possit liberari, simulque DEI opem, quibus ea, quæ nobis desunt largiatur implorare. Atque hæc nostrarum necessitatum manifestatio cum fiduciali cordis nostri coram DEO effusione, cumque consequendi quod petimus remedii confidentia, vera est Oratio. Manifesto res declarari potest exemplo. Infirmus enim sui æstans, primum suam cognoscit ex aquæ penuria necessitatem, atque exinde nascitur bibendi desiderium, exemploque oculos in aliquem, qui ipsi dare possit conjicit, tandemque ei suam æstans necessitatem, & desiderium aquæ, potum exposcit. Ista enim necessitatis suæ apud eum, qui succurrere possit, cum sui ad petendum submissione, manifestatio, propriè est ipsius infirmi rogatio ac petitio. Notandum est tamen omnia, quæ hæc tenus à nobis dicta sunt, ita utriusque sæpius dicto Orationis generi esse communia, ut tamen secundum modi diversitatem supernaturalis quidem ad infusam, humani autem ad acquisitam orationem referantur.

CAPVT III.

De tribus iisque potissimis Mentalis Orationis partibus.

Legendi
de his o-
rationis
partibus
nostri Jo-

Explicatis superius variis Mentalis orationis acceptionibus, ac definitionibus, postulat doctrinæ ordo, ut majoris intelligentiæ gratia, de illius agamus partibus, variis iis quidem ac multiplicibus, quas tamen brevitati ac perspicui-

tari consentientes, ad tres potissimas reduximus: annes & Prima est, qua se statuit homo in DEI præsentia, Dominio atque in conspectu divinæ majestatis. Secunda est à IE- est divinæ benevolentia, vel gratiarum actione, *SV. MA-* vel laudis, honorisque oblatione, captatio. Ter- *RIA*, qua tia denique suarum necessitatum manifestatio, illa ubi- humilique pro obtinendo auxilio supplicatio. *rius & e-* Eodem profus modo, quo homo necessitatem *nucleati-* patiens primum coram eo, à quo quidpiam peti- *us exposu-* turus est comparat. Deinde reverentia qua- *erunt: hic* dam sui ipsius humiliatione, atque in compensa- *insuo Tri-* tionem præteritarum fortè gratiarum oblatione, partito aliisque similibus modis benevolentiam capans; *Sententi-* ac tandem suas ei necessitates insinuans, earun- *atio, par-* dem vel urgentis necessitatis, vel ejus ad quem *te 2. c. 11* confugit, dignitatis, liberalitatis, magnificentia- *ille vero in* titulis, instans remedium postulat.

Eadem in Oratione mentali veniunt obser- vanda. Primum enim omnium cor luctum in DEUM elevando nos metipsos in DEI præsen- tia statuere debemus, atque in conspectu divinæ majestatis comparare: qui primus est orationis actus, de quo *S. loquitur Damascenus*, dum ora- tionem *mentis in DEUM* appellat elevationem. *Se-* *cunda* Orationis pars sive actus est, Dei honor atque reverentia ex consideratione divinæ maje- statis, nostræque in tanti DEI præsentia indignæ vilitatis: gratiarum quoque actio pro beneficio- rum, quæ de manu ejus accepimus magnitudine atque infinitate. Denique subsequitur divinæ misericordie pro nostrarum necessitatum reme- dio imploratio, in qua orationis perfectio, atque essentia consistit; si enim propriè loquamur, nihil aliud est oratio, quam cordis animæque nostræ, desideriorum videlicet nostrorum atque neces- sitatum cum remedii efflagitatione coram DEO manifestatio atque effusio. Atque ideo quam optime *S. Thom.* ubi supra dixit: Orationem esse linguam & interpretem nostrorum desideriorum, eo quod per illam infirmitates nostras DEO manifestamus, & pro eis ab eodem remedium postulamus.

Ex quibus colligi potest, orationem pressius, atque in suo acceptam rigore, solam significare petitionem, quæ tamen sua aliqui latitudine, quamlibet etiam cogitationem piam, aut sanctum in DEUM affectum comprehendit: quo sensu quilibet trium dictarum orationis partium actus, oratio quoque merito appellatur. Atque hinc facile erit differentiam intelligere inter pressius nominis orationem, quæ petitionem involvit, & illam, quam communiter appellamus DEI præsentiam.

Prior enim posteriorem includit, non tamen è contrâ. Præsentiam enim Dei nihil aliud vocamus, quam conatum quandam seipsum intra se recolligendi, & cor suum in DEUM, tanquam præsens nostræ considerationis aut desideriorum objectum, quolibet pio affectu elevandi: longè enim aliud est favores sibi à Rege postulare, quod est oratio, & se in Regis præsentia constituisse, vel reverentiam exhibendo, vel majestatem illius intruendo, vel de gloriâ ipsius exultando. Quæ præsentia DEI sunt sub (latè sumpto tamen) orationis nomine etiam comprehense.

Ad tertiam verò Orationis partem pertinet, quæ firmissimè exauditionis atque impetrationis à DEO nostræ spem consolidare debet, innumera titularum, quibus apud DEUM instantes exaudiri confidimus varietas, & potens magnitudo bonitatis, clementiæ, misericordie, liberalitatis,

tis, magnificentiæ infinitorumque aliorum præsertim verò ardentissimæ illius charitatis Christi Domini ac Redemptoris nostri, infinitorumque sanguinis illius pro nobis effusi meritorum. Atque in hac ultima sui parte potissimum oratio consistit, duas tamen partes nihilominus sua generalitate complectens.

Præter has tres orationis mentalis partes, tradunt tres adhuc alias, prædicti PP. Dominicus & Ioannes Loc. supra cit. Similiter nost. Antonius à Spiritu sancto in suo Directorio mystico Tract. 2. dist. 8. & Dominicus & Philippus à SS. Trinitate, hic in 1. part. Theologia mystica, Discurs. 3. ille Tom. 7. lib. biblicæ Theologiae sect. 2. cap. 8.

Sed hæ tres ad illas, ab Authore traditas raducendæ sunt. 2. 2. 9. 23. 9.

Has porò orationis partes tres, ut bene annotavit S. Thom. in omni ferè oratione Ecclesia aptissimè concinnavit, ut facillè unicuique videre licet. Illos te ponit exemplum in oratione de terangiustissima Trinitate, in eisdem Dominica Festiuitate: *Omnipotens sempiternus DEVS, qui delisti famulus tuus, in confessione vera fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentis Majestatis adorare unitatem: quasumus, ut eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur adversis. Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum, &c.* Verba enim ista: *omnipotens sempiternus DEVS*, mentem ad Dei præsentiam elevantia primam efficiunt orationis partem: sequentia: *Qui delisti famulus tuus, &c.* gratiarum actione pro fide, quâ SS. Trinitatis mysterium indubitanter agnoscimus, collato nobis dono benevolentiam captant, secundamque absolunt orationis partem. Quibus tertiam lobnedimus apposita petitione: *Tribue quasumus, & titulo, quo exaudiiri confidimus, Per Dominum nostrum IESVM Christum, perfectam concludimus orationem.*

Docuit istam orationis formam Ecclesiam sanctam suam IESUS Christus Dominus noster, supremus orandi Magister, dum orationem suam Dominicam primâ perspicuè orationis inchoans parte. *Pater noster*, inquit, ut cor nostrum ad DEUM tanquam ad benevolentissimum patrem elevantes, nos in conspectu paternæ charitatis Dei, quâ nobis auxiliari desiderat, statdamus: statimque alteram connexit orationis partem: *Qui es in caelis*, eamque ut optime S. Thom. secundam; benevolentiam nimirum divinæ, & celestis magnificentiae laudatione ac deprecatione, captionem. Ac demum Tertiam, quâ desideria nostra DEO manifestantes; dum dicimus: *Sanctificetur nomen tuum, &c.* divinæ gloriae exposcimus exaltationem, nostrarumque necessitatum spiritualium, quam corporaliū sublevationem.

Finis præcipuus orationis mentalis, est beata illa, ad quam toto corde aspirare debemus, animæ cum Deo unio. Materiam ejusdem in latiori sua significatione acceptæ, est humilis & dolorosa miseriarum atque infirmitatum nostrarum confessio, fervensque divinæ pietatis & misericordiae imploratio, aliisque plures Religionis actus inter orandum occurrentes: ut, DEO se totum offerre, eidem se submittere, eundem revereri, adorare, laudare, benedicere, totoque corde gratias agere. Quin & omnes omnium virtutum tam moralium, quam Theologicarum actus, necnon quævis sive per fidem, sive per meditationem & contemplationem acquisita de DEO notitia. Quæ quidem omnia quamvis non sint proxima orationis, ut est petitiō, materia, ad eam tamen in quantum ad divinam unionem ordinantur necessitè reducuntur. Atque ita de tribus istis partibus orationem componentibus, quæ etiam in infusâ oratione, eminentiori tamen modo, repetuntur, deinceps tractaturi sumus.

De primâ Mentalis orationis parte, quæ est mentis in Deum elevatio.

Ratio non erit, si quis etiam exteriora labia movendo DEUM non conatu sibi exhibere præsentem, seque in conspectu ejus statuere: de quo jure meritissimo optimus coquequitur Deus: *Hic populus labii me honorat, cor autem eius longe est à me.* Introituolum scilicet illum aridum que demonstrat orandi modum. Aliter Propheta Regius formulam nobis debet exhibens peccationis: *Effundo*, inquit, in conspectu ejus orationem meam, & tribulationem meam antepsum pronuncio. Et alio loco: *Effundite coram illo corda vestra*: clarè indicans ad bene orandum nobis necessariam esse Dei præsentiam; quæ ex consideratione illius, in cujus omnia penetrans conspectu assilimus, divinæ majestatis, nostreque, qui cum illa de salute nostra tractamus, infimæ vilitatis, cor nostrum elevetur, & se deficiens toto conatu in altissimam illam tendat sublimitatem.

Modi quibus hæc Dei præsentia in nobis efformetur varii sunt, & multiplices: Exempli gratia, si coram aliqua Dei imagine mentem nostram ad ejusdem pro oypum elevemus, vel si coram venerabilissimo Sacrosanctæ Eucharistiæ assistimus Sacramento, vel si Christum Dominum nostrum cordi nostro intimè concipiamus præsentem, vel si cor nostrum ad divinitatis coram tantâ majestate erigamus contemplationem. Cum verò fides doceat DEUM ubique præsentem esse, ut quis seipsum in ejus constituat præsentia, non opus est eum in celo, vel qualibet alii mundi parte requirere, sed sufficit eum in seipso per intumam cordis sui introversionem invenire, immensam agnoscendo cordis sui capacitatem, quam DEUS nobilissimo modo, in justis præsertim, replet atque inhabitat. Qui præsentie Dei modus licet non omnibus & singulis conveniat, est tamen utilisissimus.

Ad hoc autem, ut cor nostrum facillè ad DEUM tendere possit, debet ante omnia fidelis anima internæ sui ipsius recollectioni studere, seseque ab omnibus curis & creaturis abstrahere, cui summo opere subserviunt continua piorum librorum lectio, vocales orationum, verbi grati, oratio Dominica & similes; quæ teste D. Bonavent. habent se ad instar baculi, cui infirma innitens anima, seseque sustentans atque elevans, memoriam firmiter divinis rebus occupat, quas intellectui ruminandas offert memoria, atque ipsâ intellectus meditatione exardescit voluntas. Omnis denique pia & devota cogitatio, hanc cordis adjuvat elevationem: præsertim verò ad divinum implorandum auxilium, plurimum efficacia sunt à S. matre Ecclesia toties repetita verba, si attentè cum spiritu & fervore proferantur: *Deus in adiutorium meum intende*; Quæ non tantum in ipso orationis principio, sed & quotiescunque sese adverteat anima ab intellectuali Dei præsentia abstractam, utilisimè ulcupabuntur.

CAPVT V.

De præparatione, secunda orationis parte.

Vid. de hac orationis parte loquitur supra cit. Præfatos V. Patres, & Auctores mysticos. Gen. 18.

Statim atque anima sese in DEI præsentia collocavit, primum & ante omnia Dei gratiam suppliciter invocare debet, ut dignè & sanctè in ejus præsentia persistere valeat: Et quia justus in orationis principio accusator est sui, suam humiliter considerabit vilitatem, in comparatione conspiciatque tantæ sublimitatis, tamque immensæ Majestatis, repetetque sæpiùs cum S. Francisco ex profundo cordis sui: *Quis es tu Domine, & quis sum ego?* Et cum Patriarcha Abraham: *Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis & cinis.* Multum etiam proderit facere breve examen conscientie, & generalem dicere confessionem, eliciendo nonnullos actus contritionis suorum peccatorum in genere (absque eo tamen quod ad particularia tunc descendat) ut sic magis purificata anima, dignior sit quæ cum Deo suo agere possit. Postea suis diffidens viribus, postulet à DEO gratiam, ut illi cum debito reverentiæ cultu in oratione stare possit, utque ignem à cælo mittere dignetur, qui universam cordis sui sacrificium mox à se offerendum accendat ac penitus absumat.

Impenso in desiderii hujuscemodi piis & sanctis brevi aliquo temporis spatio, & per perfectam sui diffidentiam, omni spe suâ in solo DEO collocatâ, ulterius exinde inceptam orationem prolequi poterit. Præcipua verò ad bene & fructuosè orandum conditio est, pura animi intentio, quâ postquam quis quo poterit fervore atque affectu Spiritûs S. gratiam invocavit, seipsum secundùm divinum beneplacitum resignet, atque abijciat in omnipotentis DEI manus hoc aut simili majestatis divinæ alloquio: *Domine DEVS meus hic asto coram te, ut sanctissima voluntas tua in omnibus obediatur: Fiat in me sanctissima voluntas tua, non mea: Agnosco me indignum, quem exaudias, & divino orationis tua dono consolaberis: fiat mihi non sicut ego volo, sed sicut tu vis.* Quod si nihilominus sentiat se aridum, & sine ullo devotionis sensu; non desistat tamen gratias agere quod tanto tempore permixtus sit in conspectu tantæ majestatis permanere.

Ad hanc secundam orationis partem spectare supra diximus, quæ quid conducit ad DEI benevolentiam captandam, id est, ad permovendam divinam voluntatem, ut preces nostras pro sua pietate intra sacrarium suæ exauditionis dignanter admitrat, & suam nobis ad congruenter dignèque orandum gratiam communique. Rectissimè enim consulit S. Basilus, ne orationem à petitione extendiamur, idiplum exemplo illius, qui aliquid petiturus Principem accedit, confirmans.

Primum enim laudes & encomia præmittit; Deindè pro collatis antehac beneficiis gratias agit; ac tandem petitionem subjungit. Simili ergo modo præcedere debet pars illa orationis, quæ in divinis laudibus, gratiarum actione, propriæque vilitatis consideratione versatur. Præter enim jam allatam rationem, hoc quoque modo tenero amoris in DEUM affectu anima paulatim colliguescit; Atque propterea secunda hæc orationis pars duo complectitur. Primum gratiarum actionem, ad quam etiam spectat profunda atque attentè cognitio & consideratio divinorum beneficiorum, quam scilicet grandis, quam singularia, quam utilia, quam sine omni merito nostrum prævenientia, ut sunt: Creatio, conservatio, re-

demptio, vocatio, & multa alia, quæ unusquisque expertus est, & quotidie experitur. Quanta etiam cum liberalitate, quo affectu, qua facilitate, quanto denique erga indignos, imò & interdum inimicos amore & charitate, præstita sunt atque præstentur.

Ex quo alterum partis hujus procedit exercitium; dum ex toto cordis affectu desideramus illum, à quo tot & tanta recepimus beneficia, ab omnibus benedici, laudari, glorificari, adorari; Divinarum enim laudum affectus ex divinæ bonitatis atque omnipotentie, diligentè consideratione nascitur, & ex admiratione altitudinis illius divitiarum sapientie & scientie Dei, cujus judiciorum incomprehensibilitas & viarum investigabilis profunditas, præ admirationis magnitudine in magnificos laudum deducit affectus: DEUM enim laudare nihil aliud est, quam eum omni laude dignum agnoscere, infinitamque illius magnitudinem atque potentiam ubique & in omnibus mirabiliter relucemtem deprædicare. Unde & latissimus laudum divinarum aperitur campus, dum non tantummodo DEUS ipse, sed & omnia in super ipsius opera omni benedictione & laude sunt dignissima.

Post hanc præparationem, & immediatè ante ipsam petitionem, per intellectum meditanda est Orationis materia, quam quidem SS. PP. omne id censuerunt, quo voluntas in pium deduci possit affectum, ut sunt: vita Christi Domini, Infernus, iudicium, æterna gloria, peccati sæditas, virtutis decor, perfectiones divinæ, & his similia de quibus intrâ. Hujus autem ordinis modò dictæ ea est ratio, quod hoc modo fidei veritates magis firmiusque plantentur, & radicentur in animâ, & voluntas ferventiùs feratur in id quod clarius agnovit, maturiusque ponderavit; & voluntate jam ardente, ferventiùs esse solet, magisque affectuosa petitio, ut clarius apparebit exiis, quæ de particulari, & uniuscujusque statui atque profectui magis accommodo orandi modo postea trademus.

CAPVT VI.

De petitione, tertia orationis parte.

Sciendum est, ut supra diximus, petitionem præcipuam esse & postremam orationis partem, quæ necessaria nobis ad salutem postulamus. que quæque prima enim, mentis in Deum elevatio, & secunda, quæ est modò dicta præparatio, benevolentie divinæ captatione, & gratiarum actione, ad novam disponendo gratiam, petitioni, tanquam Orationis fini deserviunt, atque ad promerendam quam petimus gratiam destinantur. In hac tertiâ parte tituli & motiva propter quæ à Deo exaudiri speramus, multum ad impetrandum conducunt; Deumque super petitione nostrâ nobis reddunt propitium: dum verbi gratia, eum rogamus, ut nos exaudiat propter seipsum, propter infinitam suam bonitatem, misericordiam, atque inexhaustum suum erga nos amorem. Sic & à S. matre nost. à Ecclesiâ, quæ communiter Orationes, quas *collectas* vocant, concludere solet per *Dominum nostrum IESUM Christum*, edocti, Deum Patrem nomine Filii deprecamur: sed & Christum Dominum per dolum pro nobis toleratum acerbitatem, mortis ignominiam, Nativitatem, & Passionem interpellamus. Multum denique movetur DEUS, dum nostram cognoscences indignitatem, preces nostras in unione orationum,

operumque Filii sui amantissimi Domini nostri JESU Christi fiducialiter offerimus.

Porro duo maxime necessaria sunt ad petitionis perfectionem. Primum profunda cordis hu-

LUC. 18. miliras, quæ exemplo Publicani, *Qui non audebat oculos in caelum levare*, vilitatem nostram agnoscamus, atque indignos, qui à DEO exaudiamur nosmetipsos reputemus: *Oratio namque humiliantis se* (ait Scriptura) *penetrat caelos.* Secundum

ECCL. 35. est fides viva, qua indubitanter & sine ulla hesitatione credamus DEUM non tantum nobis dare posse, quæ petimus, sed etiam daturum, quæ petimus, si debite & sicut oportet petamus, atque etiam velle ut petamus, ut ineffabili bonitate sua nobis beneficiendi habeat occasionem: Hæc enim sunt ipsius ad orationem invitantis verba: *Petite & accipietis.* Et Ioan. 16. *Omnia quaecumque petieritis Patrem in nomine meo, credite, quia accipietis & fiet vobis.* Quo in loco ponitur fides tanquam potissimè ad Orationem requisita. Ex illa enim omnipotentis, misericordis, bonitatis DEI solidâ per vivam fidem notissâ, maxima nascitur in animâ nostrâ, quicquid à DEO petierimus impetrandi fiducia.

Ejusmodi viva fides aded ad efficaciter petendum est necessaria, ut Doctores asserant, quod licet Oratio habeat à Charitate meritum, sumat tamen à fide robur ad impetrandum: tota enim obtinendi, quod petimus efficacia, à Dei gratiâ potentis ejusdem conjuncta procedens, per vivam illam omnipotentis divinæ bonitatis fidem nobis manifestatur. Quinimò etiam si peccator oratione sua quemadmodum justus mereri non possit vitam æternam, fieri tamen potest, ut aliquando quædam non impetret justus, impetret tamen peccator; ut patet in S. Paulo & Publicano, quia in peccatore aliquando concurrunt omnes conditiones, quæ quandoque desiderantur in justis: quales sunt (ut docet S. Thom.) postulare pro seipso, bona necessaria ad vitam æternam, & cum perseverantia.

2. 2. q. 83. a. 5. & 6.

C A P V T VII.

Documenta quedam ad Orationem bene instituentiam maxime scitu necessaria.

Quisquis hoc utilitatis inestimabilis orationis exercitium aggredi decrevit, vitiliter & seridè agere debet, atque firmissimè resolvere, nullum omninò diem se relicturum, quo non aliquod temporis spatium, aliàs etiam usibus necessariis dedicatum, huic magis necessario Orationis exercitio tribuat, ac etiam si refectio aut somnus relinquendus foret, præcipuum tamen animæ suæ partem nunquam se ullo modo derelicturum. Nec est quod quisquam frivolum super negotiorum multitudine prætentat excusationem, cum sciamus quamplurimos Episcopos summosque Pontifices, aliisque diversorum ordinum Prælatos, gravissimis alioquin negotiis præditos, inceptum nunquam prætermisisse orationis exercitium, tanquam omnium negotiorum maximum, & ad quævis alia ritè peragenda quam opportunissimum.

Verum plurimorum in sectando hoc sancto orationis studio inconstantia, non ex temporis penuriâ, sed ex tædio atque difficultate, quam devotionis adhuc gestu carentes perpetuam & sine fructu futuram existimant, procedit. Quæ dæmonis aperta tentatio (in iis præsertim, quos non sibi

met solum, sed & aliis orationis lamine & efficaciam profuturos prævidet) ex duobus dimanare solet. Primum est quod non serio, vitiliter, ac resolute, sed oscitanter, meticolosè, & accidè nimium, neque quanti momenti sit, quod agunt ponderantes, Orationi se accingant.

Alterum est, quod non dum resignati sumus ad ferendam JESU Christi Domini nostri crucem, neque tam profectum nostrum spiritualem, quam potius gustus, & consolatiunculas nostras in oratione perquiramus. Unde si impura & servilis oratio nostra sensibili devotionis consolatione privetur, omnem operam perdidisse nos arbitramur, non attendentes præcipuum orationis finem esse non nostram, sed sanctissimam DEI in omnibus adimplere voluntatem, quodque quanto majori ariditate minori que suavitate perfereremus, tanto securius & fructuosius oramus. Neque ista inconstans captæ orationis derelictio, aliter adscribenda est quam nobis ipsis, pusillanimitati nimirum nostræ, quæ animum nobis auferat ad fortiter pro amore & honore Dei, tantillum laboris subeundum. Amori etiam proprio, quo propriam commoditatem, non Dei quarimus voluntatem; vel etiam crasse cuidam ignorantia; dum non intelligimus orationis fructum, in oblatione & gestu, sed in promptâ & alacri voluntatis nostræ abnegatione, & divinæ executione positum esse.

Alii ab hoc sancto & necessario orationis exercitio retrocedunt, quia cum non ita faciles in adveniendi atque digerendi orationis materia, facile distrahantur, & variis cogitationibus in diversa trahentibus, tempus orationis consumunt, magnamque incurrunt animi anxietatem atque perturbationem, quæ eos ab incepto resiliere compellit. In quorum consolationem & subsidium sequentia subjungimus media ad congruam orationi inveniendam materiam, eamque continuandam utilissima.

Primum, librum aliquem spiritualem quique suo statui convenientes materias præstantem seligere poterit: Viam verbi gratia, purgativam inchoantes legent de quatuor novissimis, de seditate peccati, de Christi Domini passione, aut similibus. At verò ipsa lectio non curiositatis, aut sciendi studio, sed sanctæ devotionis gratiâ assumi debet, non aliter, atque si DEUS ipse legentem verbis illis alloqueretur & doceret: Atque ubi punctum aliquod animam ad devotionis affectum movens occurrerit, mox libro clauso, ac mente in Deum elevatâ illud ruminandum atque interius digerendum erit. Iterumque obtrepescente devotionis fervore, alio, resumptâ lectione, in investigato devotionem stimulante puncto, secom meditabitur, & sapienter idem facitans, sensim & paulatim ad progrediendam orationis viam consolidatus, librum, quo tanquam vehiculo (ad instar pueruli, præ instabilitate pedum progredi non valentis) usus fuerat, relinquere poterit. Qui tamen in communitate orant, vel aliâ de causa ad spiritualis libri lectionem confugere non possunt, affigent intellectum suum ad aliquam orationem vocalem, verbi gratia, Dominicam, & singula illius verba, cura vivâ intellectus applicatione ac sedatè ruminabunt, quousque devotionis ignis paulatim accensus exardescat. Multum ad hoc proderit aliquam orationis Dominicæ expositionem prius legisse, quo magis ad manum, & in promptu habeatur digesta ejusdem orationis materia. Novi ego nonnullos materiam orationis ab ipsis articulis vel mysteriis dei delimitere,

mere aternas illas & infallibiles veritates paulatim ponderando. Ex quo fit, quod per infusam à Domino lucem, maximo in pretio & veneratione habeant sacrosancta S. Scriptura & Fidei nostrae dogmata: Vade & quamplurimus eis promanat profectus. Intellectu namque ab omnibus falsarum opinionum simulachris, & vanarum mundanarum æstimatione hoc fidei lumine penitus expurgato, movetur efficaciter voluntas, ad promptè laborandum, & viriliter decertandum, & maxima quaque sine ulla formidine aggrediendum. Plures quoque novi, qui huic & orationis Dominicæ mediæ exercitio incumbentes ad supremam orationis perfectionem pervenerunt.

Tertium pro quibus non ita facilis est oratione dicitur remedium erit: p̄i quidpiam, verbi gratia Rosarium Beatissimæ Virginis Deiparæ recitare, sic ut finit quavis salutatione Angelicâ, aliquid mysterium vitæ vel passionis Christi Domini mente volent atque expandant. Poterunt autem ab ejus sanctissima incarnatione incipientes, usque ad sancti Spiritus missionem paulatim procedere, moxque subjungere *Gloria Patri*, &c. vel elicere aliquos actus Fidei, sp̄i & Charitatis (dicentes *Credo in DEUM, spero in DEUM, amo DEUM*) cæterarumque quibus præferim magis indigent virtutibus: studeant etiam mentaliter aliquas orationes recitare; Multum enim jvat ad cohibendas mentis vagationes, saltem in initio, intellectum alligare ad aliquas vocales orationes, quibus tantquam baculo nos sustentemus, singula verba, aut sententias meditando & expendendo. Caveant autem imprimis ne hoc ex arida quadam consuetudine, atque acceleratè nimium, quasi pensum absolvendo percurrant, sed ubique devotionis persenserint gratiam, sibi subsistant: & ut sancti Spiritus rore uberius perfundantur, etiam si Rosarium finire non possint, insistant. Modum hunc Rosarium recitandi tradunt L. Blosius, & P. Arias in *parte profectus spiritualis* longè sanè optimum, per quem prolata admodum multumque utilis insitui possit oratio.

Cæterum qui ne quidem tantum tranquillitatis ad superius dicta præstanda obinere poterunt, totis viribus conabuntur Christum Dominum sibi, vel interius, vel exterius exhibere præsentem, cum desiderio sentimentorum crucis ac passionis ipsius, imaginando videlicet eum columnæ toto corpore laniato, alligatum, vel in horto sanguine sudore persluentem. Nitantur ex animo condolere Redemptoris sui solitudinem & derelictionem, contemptum, acerbissimisque doloribus: quibus omnibus diligenter animæ vel corporis oculis perspectis ac consideratis affectuosâ possint compassione compungi. Intrent etiam divinum illud immensum atque inhaustum amoris sacrarium, Sacrosanctum scilicet pectus Domini nostri JESU Christi, atque ardentissimum infinitæ charitatis ignem iubi conclusum flagranti studeant mente recolere, & ad sese accendendos haurire, ac quantum vis alio fuerint evegati, quantocius ad id tanquam asyllum, portum, requiem suam, omnes suas necessitates fideliter amiceque aperiendo, recurrant. Qui certe modus in eo viriliter perseverantibus plurima solet conferre emolumenta. Deus enim ineffabili bonitate sua eos, qui etiam devotionis gratiâ subitactâ, huic orationis exercitio ferventer & strenuè insistant, in tantilli laboris recompensationem, heroicis præstantissimisque virtutibus, non advertente etiam animâ, cumulare consuevit: Humilitate videlicet,

Thom. à Jesu Oper. Tom. II.

resignatione, timore, aliisque quamplurimis divinæ gratiæ suæ effectibus longè plus omni devotione sensibili æstimandis. Nec dubium est, quin anima per varias ariditates sine ullo gratiæ sensibili influxu in sancta resignatione & puritate DEO serviens, viâ compendiosiori orationis, aliarumque virtutum perfectionem attinget.

Qui ad nihil supra dictorum imaginatione valent, exerce se solent in actibus earum virtutum, quibus maxime se norunt indigere, præcipuè tamen Theologicarum Fidei, sp̄i & Charitatis, non nihil in qualibet eorum immorando. Circa fidem exempli gratiâ, gratias agant Domino DEO, quod pro immentia sua benignitate eam sibi donavit: sibi congratulatur, quod divino lumine rebus ita intellectum. In caput supereminentibus assentiri possint. offerunt in gratiâ animi signum vitam libenter impendere, atque singulos articulos fidei ultimæ sanguinis sui guttæ effusione testari, si que ad reliquos virtutum actus eos multiplicando quantum possunt, procedunt.

Quod si forte quispiam nec huic orationis modo se conformare valeat, eam leigat materiam, quæ eum ad majorem devotionem excitare solet. Et si talem reperire nequiverit, nequaquam animo concidat, sed alacriter Christo Domino voluntatem suam offerat, eum desiderio persisterendi quantumcumque cum ariditate in conspectu ejus, quantum illi videbitur expedire. Neque ullo modo dubitet quin Deus daturus sit ei (modo ipse ex parte sua non obstitat) orationem tantò præstantiorem: Solet enim DEUS hanc ariditatem quæ initio hujusce sancti exercitii tenuitur, sublimi postea orationis dono compensare. Sicut contigit Beatissimæ matri nostræ THERESIÆ, cui post 18. ariditatis annos, sublimissimam DEUS contulit orationem.

Finaliter eos tamen omnes, qui quocumque modo orationi invigilant montos volo, ne satisfacti se se existiment intellectualibus difficultatibus plus æquò studeant, dum forte sublimibus conceptuum prædicabilium considerationibus, quæ detrimentum potius quam utilitatem esse solent, orationis excellentiam & sublimitatem metuantur: sed illis tanquam mediis, quibus radicata & ponderata veritates efficacius voluntatem afficiant ac moveant, pro necessitate utantur, alioquin scientiam magis quam pietatem sectabuntur. Sciunt ergo in affectuosos voluntatis motus præcipuè incumbendum, longè etiam maximo exiis, si soli frequentari possent, manante emolumento. Verum tamen est, incipientes intellectu laborare oportere, sed ita ut simul cum voluntate participet atque concurrat.

Plura superessent orationis iter inambulantibus tradenda documenta, quæ quia compendii brevitatem excedunt, celsioribus de oratione tractatibus petenda relinquimus: solum hoc addentes non consistere orationem in solis bonis cogitationibus nisi se propositis, sed præcipuè practicam esse debere, ita ut à cogitationibus piis descendat ad opera bona, manisque quæ inter orandum erant, elevata, statim ab oratione mortificationis cultum accipiant, eoque se superflui artes omnes, propriæ imprimis voluntatis & iudicii, ad sensus atque externos nihil intentatum relinquentes, amputare incipiant. Contentur præterea omnia opera sua, secundum perfectionis regulas omnimodè perficere, ne convenientibus aut debitis privata circumstantiis sine ullo merito evanescant.

De hoc mortificationis & orationis exercitio

E 2

egregiè

Tom. 2.
profectus
Spiritus.

egregiè agit R. P. L. Granatenfis diversis operum suorum locis, & de mortificatione R. P. Avias. Methodum orandi virtuteque exercendi graphicè depingit liber quidam cui nomen *Ars Deo servienti*. Qui Tractatus, pùtque libelli ab eo, qui in oratione proventum facere cupi, diligenter perlegendi sunt, nec ullatenus mentis acies à continuo orationis, mortificationis, & virtutum exercitio unquam deflectenda. His enim destituta oratio, non oratio dicenda est, sed somnus & dormitatio.

CAPVT VIII.

De triplici via, purgativa, illuminativa & unitive, & statibus correspondentibus, incipientium, proficientium & perfectorum.

Consulens Ven. P. Dominicus à orationis principiis, ad particularem instructionis IESU huius praxim descendere, assignando exercitia MARIÆ, correspondentia statui, & directioni uniuscujusque qui hunc juxta gradum orationis quem tenet.

triplicem Notandum ergo est Christianæ perfectionis finem si cum esse in unione divina mediante charitate & gratia. At quia hæc charitas non æqualiter in omnium cordibus diffusa est, cum intralitudinem suam multos gradus complectatur, assignant sancti Doctores tres præcipuos Charitatis ejusdem status, penes effectuum, quos in animâ tiario, à operatur, diversitatem distinctos.

Grego. Primus status, sive gradus est incipientium, id est XV. est, eorum, qui quasi modò geniti infantes, fiunt Pontifici. Filii Dei per adoptionem. Secundus Proficientium, qui jam vitæ spiritalis incunabula transgressum communi, in ætatem succrescant discretionis. Tertius demendato, niq̄ue perfectorum, eorum nimirum, qui ad virilitatem, de quâ agimus spiritalis vitæ pervenerunt, exposuit.

Hunc triplicem gradum comparat S. Thom. Inchoantium quidem, parvulorum adhuc rationis usu carentium; proficientium eorum, quibus ad res cognoscendas rationis & discretionis lux orti incipit; simè & perfectorum verò ætati jam virili, in quâ naturæ doctissimæ etiam vocat animalem propter exiguam, quam exponit tunc homo habet de divinis rebus notitiam. Secundam rationalem; tunc enim mentis intuitum in DEUM ligere incipit, & ea quæ sunt divina

Theologia cognoscere. Tertiam spirituales; quâ homo jam in spiritibus ambulans, non solum sensuum, sed rationis quoque humanæ capacitatem transcendit. In primis. DEUS hominem à malo, atque captivitate suo inimico peccato avertit. In secundo ad bonum amplectendum inducit. In tertio, in bono jam adepto reddit stabilem & perfectum. Agit à Spiritu enim DEUS hæc in te non aliter atque agens aliter. S. in Di. quod naturales ignis enim, verbi gratia, primum rectorio qualitatem suam calorem in lignum introducit, mystico fignis expellit, calorem intendit, paulatim quæ lignum ad ignis formam disponit, donec tandem ultimâ dispositione positâ in ignem tranfmuret.

& Domini. Pari ratione tribus hæc statibus, tres viæ cornicibus à, respondent: Purgativa, illuminativa & unitive, SS. Tri. Purgativa, quâ à peccatis purgentur, Incipientium nit. To. 7. est illuminativa, quâ virtutes acquiruntur, proficientium; Unitive, quâ DEO fervidis actibus amoris uniantur, perfectorum est. Præquam enim anima ad viam unitivam, in quâ perfectio charitatis reperitur, perveniat, necesse est, ut per vi-

am purgativam, veteres maculas emundando, juncedat; ab hac illuminativa virtutum acquisitione pertranseat. tandem quæ DEO magis magisque adpropinquans, ad amorosissimam animæ suæ in DEUM transformationem, quæ in via unitiva consummatur, pertingat. Quorum quidem non alia convenientior assignari potest ratio, nisi quod amor tria exerceat officia, ita sibi mutuo concenata, ut unum ex altero nascens, alterius sit dispositio atque origo. Primum ergo amor afficit & movet amantis voluntatem. Secundo enim rei amatae assimilatur. Tertio unit atque transformatur in rem amatam. Quæ omnia tripliciter viâ exercet amor noster, DEUS noster: Primum enim movens atque afficiens sui amore animam, per veram contritionem ab omni peccato & deformitate emundat; Deinde variis virtutum perfectionibus adornando magis divine majestati ac decori similem ac conformem reddit. Denique totaliter sibi assimilatur in seipsum transformatur. Non secus ac in vetusto ferro ignis primum æruginem expurgat, frigus expellit, naturali suo inducto calore ferrum sibi assimilatur, donec emollitâ duritie, integrè accensum ac intimè unitum, perfectè in se transformetur.

S. Bonavent. tres hosce gradus, quos divina gratia secundum uniuscujusque profectum operatur considerans, tres quoque diversas operationes, & officia gratiæ & charitatis in anima assignavit. Primum, inquit, est rigor virtutis. Secundum, splendor veritatis. Tertium, fervor charitatis. Primum vocat virtutis vigorem, quo nimirum anima per virtutem gratiæ ab omni peccatorum labe emundatur, qui propriissimus est viæ purgativæ (quâ anima totaliter purificari debet) effectus. Quia verò hoc particulare opus est dexteræ excelsi, vigorem virtutis nuncupavit. Splendor veritatis, ad viam spectat illuminativam, quâ continuâ passionum mortificatione, & pleniori DEI cognitione, majorem lacem anima acquirit; fervor denique Charitatis, propria est viæ unitivæ operatio, quâ anima totaliter in DEUM transformata unum quid cum eo efficitur.

CAPVT IX.

Qui sint effectus & operationes harum trium viarum; purgativa, illuminativa & unitive?

Variæ sunt ac multiplices harum trium viarum effectus & operationes, licet omnes ad unum eundemque finem ordinentur. Purgativa imprimis officium est, purgare & perficere sensus: illuminativæ rationem. Unitive spiritum live mentem superiorem, nimirum animæ portionem. Primum enim DEUS hominem sub peccati tyrannide militantem suo volens subicere imperio, artium vestibulum quæ animæ exterioris, sensus exterioris dico, totamque inferiorem sensitivam partem debellar, ac deinde murum & moenia Civitatis, rationem, ipsamque civitatem, intellectum. Denique & civitatis atque humane Regimam voluntatem suo captivat dominio, atque ita tandem prædictas hominis vires per peccatum labefactas destructis peccati vinculis mirum in modum purificat atque fortificat. Vires, inquam, irascibilem & concupiscibilem, inspiratis ex divina potentia, justitiamque consideratione humilitatis contritionisque actibus. Rationem, quâ accuratè divinam sapientiam agnoscat, illustratione. Voluntatem verò puram ei infundens suæ boni-

tatis amorem, perfectionum suarum particulari communicatione in purgativa omnipotentis, in illuminativa sapientis, in unitiva bonitatis, mirum in modum restituit & reedificat.

Purgativa finis est, per dolorosam cordis compunctionem peccatum expelleret, unde & pro principali objecto habet animae puritatem; Illuminativa est veritas & cognitio Dei; Unitiva Amoris, Purgativa appropriatur Patri sicut & potentia, & iustitia. Illuminativa Filio, tum quia est aeterna DEI patris Sapiencia, tum quia praecipua viae hujus exercitia ad Christi imitationem ordinantur. Unitiva Spiritui sancto, cujus effectus est ardor amoris, incendium charitatis. In via purgativa homo acquirit cognitionem sui ipsius, in illuminativa DEI, in unitiva in amorosam illam & felicissimam animae (ae cum DEO totis viribus tendit unionem. Universa autem harum viarum ac totius orationis exercitia, & omnem vitae

Lib. 10. de purg. bo. no.

spiritualis substantiam, S. Bonavent. tribus hisce punctis complexus est. Primum, quid sit DEUS. Secundum, quid sit homo. Tertium, qualiter haec duo copulanda sint, per amorem scilicet ac omnimodam amantem cum te amata unionem.

Dux noster in omnibus istis viis erit nobis Christus Dominus. In Purgativa per vivam dolorum & acerbissimae Passionis illius representationem, nos ipsos ad compassionem & peccati pro quo tanta passus est, ex toto corde detestationem excitando. In Illuminativa heroicis Christi Domini virtutes ferventi studio imitando. In unitiva infinitum illius erga nos amorem amore perfecto recipiendum. Tres quoque juxta tres praedictas vias SS. PP. virtutum status distinguere, seu gradus, quos gradatim ascendens anima ad supremam perfectionis calmen perveniat. Primus est virilis & constans determinatio relictis vitiiis virtutem amplectendi, violentaque sui ipsius mortificatione arctam salutaris semitam nunquam usque ad virtutis perfectionem derelinquendi. Qui status vocatur continentiam, quia scilicet continuo cum suis passionibus belligerantes interdum victi, interdum victores evadunt. Et hi prima virtutum limina nondum praetergressi in via purgativa versantur.

Alter status est eorum, qui ita altas egerunt in virtute radices, ut in variis tentationum & difficultatum certaminibus, a passionibus suis nequaquam sive saltem raro superentur, suntque hi, qui jam virtutes acquisiverunt, quibus ac quotidianis ipsarum actibus expeditiores ac fortiores effecti, eo frequentius victores evadunt, quod perfectionem virtutis gradum obtinuerunt. Qui status virtutum, via est illuminativa.

Tertius denique est, cum virtus prius amara & difficilis propter naturam originalis peccati vitio depravata, jam incipit dulcescere & cordi sapere, ipsique virtutum actus, cum interno quodam gustu & alacritate exerceri, quando (ut ajunt) virtus transit in affectum cordis: Unde hic gradus viae unitivae correspondet, ubi verus purusque amor omnia faciliat, & sapientiae, quo medio tunc anima agit, donum cuncta etiam asperissima & amarissima, reddit dulcissima, ut fufius docet

St. 85. in Caut.

S. Bernardus. Adverendum tamen est, quod licet tres haec vias secundum tria distinguamus officia: puritatem scilicet, lucem, & amorem, non id ita intelligendum esse quasi in una harum viarum exercenda non essent reliquarum exercitia: Constat enim in Purgativa non solum solum reperiri dolorem, & vitiorum expurgationem, sed etiam lucem, & amorem.

Thom. a Jesu Opt. Tom. II.

rem. In illuminativa lucem, purgationem & amorem, quae etiam eminentiori quodam modo in unitiva reperiantur. Vnicuique tamen statui solum particulare assignavimus exercitium, tanquam magis proportionatum, illis qui in eo versantur saepius frequentandum: ita tamen, ut in singulis statibus, & viis, tria trium includantur viarum officia: purgatio, lux, & amor, tantò quidem sublimiora, quanto à via sublimiori procedentia. Imò quemadmodum in tribus istis viis talis ordo est, ut primum sit purgatio. Secundò, lux. Tertio, amoris transformatio; ita quoque intra uniuscujusque viae limites primum exercitium esse debet expurgationis. Secundum, lucis. Tertium, unionis sive amoris, ut ex sequentibus manifestum fiet.

Illud interea annotetur, viam quamlibet ceterarum viarum exercitia ad speciale suum officium ordinare debere: Purgativam, lucem & amorem ad purgationem; illuminativam, amorem & purgationem ad lucem; Unitivam, puritatem & lucem ad amorem, sicque in singulis statibus reperietur quoddam principium, medium, & finis, seu gradus minoris & majoris perfectionis. Quae omnia, Deo favente, ostendemus, ubi ad singularum viarum exercitia in praxin deducenda pervenietimus.

CAPVT X.

De exercitiis viae purgativae sive incipientium.

Primum viae purgativae, teste S. Bonavent. officium est, propriae miseriae deploratio & divinae misericordiae imploratio: Qui enim viam purgativam ingrediuntur debent primò sua peccata plangere, deinde DEI misericordiam humiliter exorare. Quocirca atrenè considerabunt suorum peccatorum enormitatem & gravitatem, ad veram concipiendam deus poenitentiam & dolorem, & obviendam à DEO remissionem. Sic poenitentiae verum exemplar David: Quoniam, inquit, iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.

Peccati gravitatem praecipue ponderabunt, quod gratiam, charitatem, virtutumque ceterarum dona, jusque hereditatis nostrae ad caelestem gloriam, infernali suo veneno disperdat, quodque his omnibus majus est, inimicitiam DEI odiumque involvat, tantamque & tam gravem injuriam quantum nulla creatura in DEUM committere potest. Et quis innumera, tum temporaria, tum aeterna, quae secum peccatum adfert explicare sufficiet damna & conscientiae remorsum, animae continuam inquietudinem, condemnationem aeternam? sed & ipse solus horror, fœdusque peccati, gravitatem ipsius sufficienter demonstrant.

Ex hac enormitatis suorum peccatorum ponderatione, conabuntur de offenso DEO verum dolorem & contritionem elicere, de offenso (inquam) DEO potius, quam ob metum inferni, aut alicujus alterius rei. Quamquam enim non inficiet, attritionem seu imperfectum illum, ob formidinem gehennae infernalis de commissis peccatis dolorem, cum Confessionis Sacramento ad gratiam sufficere, quilibet tamen conari debet eum concipere dolorem, qui ad veram contritionem peringat. Hæc enim efficaciam suam animam purgat, & emundat à vitiiis, & est basis, fundamentum & substantia viae totius purgativae.

Proprium itaque incipientium exercitium est, dolor intusus, lachrymae, gemitus de peccatis

IX.

nes harum tri-
luminas via

trium viarum
omnes ad unionem
purgativae impri-
ere sentus: Illu-
tum sive memo-
rionem, Pri-
peccati tyranni-
impetio, anti-
sentus exten-
sivam partem
ia Civitatis,
ectum. Deni-
Reginam vo-
ne na tandem
in labefacta-
in modum
am, irascibili-
divinae po-
humilitatis
quæ accu-
ustatione,
sua boni-
tate

IESU

CHRIST.

commisissis, cum conatu satisfaciendi DEO pro injuria in eum admitta, operibus poenitentiae poenitentibus: abstinentia, cilicis, discipiulis, vigiliis, aliisque asperitatibus, carnem castigantibus atque dominantibus. Ex hac perfecta contritione nasci solet in homine profunda sui ipsius cognitio, qua se propter commissam in DEUM peccata vilissimam atque abjectissimam ipsi etiam terrae vermibus probrosiorem creaturam reputat, atque ab omnibus reputari desiderat, quod praecipuum est hujus viae, ut dictum sumus, exercitium. Hanc sui ipsius cognitionem comitari solet sanctum quoddam sui ipsius odium, eoque crescens, ut si licitum esset violentas inferret: At cum non sit vitae, saluti, re suae Dominus, hoc saltem firmissime statuit, ut sibi tanquam hosti jurato maximoque inimico in omnibus diffidat, in omnibus vim faciat, in omnibus opponat, neque ullatenus parcat, neque gustui, neque sensibus, neque voluptati, nec delectationi, nec teneriudini, nec honoris, sed in mortificandis & demandis quibuscunque desideriis, propensionibus, consuetudinibus, in quibus praefertim se antea solebat studiosissime quaerere, nec requiem nec moram permitteas, acerrimum atque indefatigabile bellum gerat. Et hoc est viae Purgativae vestibulum & janua, per quam ingredi omnes eos oportet, qui in oratione proficere desiderant.

Secundum exercitium & medius viae Purgativae ascensus, quem lucem diximus, est cognitio & annihilatio sui ipsius, quae terminus & scopus est animae, per hanc viam purgativam ambulantis, si enim veraciter proficere desiderat, solidum & profundum notitiae sui ipsius fodere debet fundamentum. Debet praererea sub initio conversionis suae novus tyro, exactissimum iustitiae divinae frequenter & sedulo meditari rigorem: videbit enim hoc pacto, quam grave peccatum sit, quod cum momento temporis brevissimam voluptate evanuerit, iustissimam tamen divini iudicii aequitate aeternis & horribilissimis puniatur tormentis. Recogitet quoque quam exacta in hora mortis, & extremo iudicio sit ab eo villicationis suae ratio exigenda. Hisque se saltem rationibus, tanquam campo & freno timoris & tremoris, lascivientes suarum cupiditatum maxillas acerrime constringat. Quod si nondum peccati gravitatem satis perspiciat, consideret unigenitum DEI Filium innocentissimum, summam ignominiam, summamque doloribus pro peccatis suis morientem, secumque perpendat quam severam DEUS, qui proprio suo non peperit Filio, posturus sit rationis inquisitionem, cum peccatore maximo. Et haec quidem motiva longe sufficientissima sunt ad concipiendam de peccatis contritionem, perfectamque delectationem, quae praecipua viae Purgativae perfectio est.

At verò ne tam exacti divinae iustitiae rigoris nimia apprehensio peccatorem in desperationem precipitet, convertat se ad suavissimam divinae misericordiae impenetrabilem abyssum, quae vel à longe salutata, dulcissima suavitate sua, certissimam ingenerat de obtinenda peccatorum indulgentia fiduciam: ipsa siquidem peccatoribus omnibus omnino veraciter se convertere cupientibus, blandissimam pietate maternum semper aperit sinum. Quomodo ergo non certissime omniprioris procul effugata, vel minimam diffidentiam

umbram, ab infinita bonitate & pietate DEI eam nobis promittamus? ipsa maxime preuocissimam sanguinis Domini nostri IESU Christi effusione obtentam & preparatam?

Locus ergo erit hic opportunus, multumque proficuum, acerbissimos, quos ipse unigenitus DEI filius pro nobis sustinuit meditando labores, opprobria, dolores. Licebit eum intueri in summa paupertate, summo despectu, summa afflictione morientem; ut hoc modo talis affectus compassivum exurgat, ac si quempiam innocentem amicum suum, tanta pro se reo & nocente sustinentem cerneret. Praecipue verò de tanto divinae bonitatis amore, sub alis misericordiae Salvatoris vivam spem concipiat, sicque inter iustitiam & misericordiam Dei, quas clarissime in singulis IESU Christi Domini nostri doloribus depictas meditabitur, quasi inter duos polos Timoris & Spei, iter suum, tot Sanctorum, qui illud calcant, vexillis & exemplis illustratum, generosissime profequatur.

Tertium exercitium viae Purgativae, est amor Domini nostri IESU Christi: ubi enim agnovit homo divinum beneficiorum misericordias atque exuberantes in se amoris Salvatoris sui affectus perferat, toto corde in motus dilectionis vias anhelans statuit deinceps quam firmissime DEUM super omnia redamare, eoque amore nunquam in antea viae peccata renidere. Per autem hunc amoris affectum paulatim concipiat, foveat, enutriat, jaculatoris orationibus his similibusque diligenter assuecat: *Orationem in fontem flumenque lacrymarum totus convertat! Orationem eo me modo contemnunt omnes creaturae, quae Creatorem omnium benignissimum contempserunt miserabilis! Fateor Domine, fateor quia indignus sum misericordiam tuam, spero tamen, quia Deus meus es tu. & miserationes tuae super omnia peccata mea!* Quantum enim ex his aliisque à Spiritu sancto conceptis orationibus jaculis promanet profectus, quamque alii huiusmodi in animam contritionis, sive ignitiam amoris penetrent tagitate, explicari non potest.

Demum ista viae purgativae exercitia magno nostro labore (divina tamen mediante gratia) comparata non raro solet divina elementa quibusdam viam hanc ingredientibus divinitus infundere, & supernaturalem contemplationem, ardentissimum amorem, necnon ineffabilem, sensibilem tamen, suavitatem & oblectamenta concedere, quibus ad sentiendas divitias & delicias motus DEI erga ipsos incomprehensibiles, alii quando repente motu excitantur. Ex amore quidem mira compunctio, intima contritio, ac praetitorum peccatorum dolor maximus generatur. Ex compunctione verò mox idem affectus amoris, sive devotionis sensibilis promanet quo anima miro modo exardescit ad divinam bonitatem redamandum, ac benedicendum & gratias agendum ei, tot immensa beneficia sibi collata perspicuens. Ex oblectatione verò sensibili aliquando ita repletur, ut inferius animae regnum, vires inquam hominis sensitivae, deliquitatum & voluptatis quasi rivulo irrigari videantur. Ex hac et indefensibilis devotionis gratia, spirituales deliciae & oblectationes incredibiles profuunt; quibus gustatis repente spiritus tanto delectationis ac dulcedinis torrente potatur, ut se exstimes divini amoris amplexibus penitus involutum, ut plenus lib. 2. de oratione divina cap. 2. & 5. de purgatione supernaturali differentes tractavimus.

CAPVT XI.

Quaedam alia circa viam Purgativam notata digna afferuntur.

EX dictis superiori capite liquet eos, qui hanc purgativam semitam gradiuntur imprimis debere se exercere, ut superius diximus, in sedula peccatorum suorum consideratione & contritione, & per opera poenalia pro ipsorum satisfactione: ulterius in propria superiorum cognitione, despectu & odio, nec non diligenti divinae iustitiae & misericordiae combinatione, ut in seipsum metumque constituti, seipsum omni terrenarum voluptatum delectatione privent. Praecipuum tamen illorum exercitium, erit continua & acerbissima Passiois Domini nostri JESU Christi, eiusque dolorum, affectibus praecipue compulsionis atque amoris excitatis, meditatio.

Ad haec, omnia caetera incipientium, opera, oratio, lectio, aliaque tanquam in scopum dirigi debent; specialius tamen ad contritionem, ex qua velut ex radice fecundissima caetera pullulant. Ab hac enim propria cognitio, amabile sui ipsius odium, firmum se emendandi, & satisfaciendi propositum, spes viva, comparsio erga Salvatorem nostrum affectuosa, denique divinae iustitiae timor veluti ex fonte uberissimo lacurire ac promanare solent.

Advertant verò magistri spirituales, quod iis qui in vita spirituali proficere cupiant, primum omnium fundamentum debeat esse salutaris Dei timor; secundum illud *initium sapientiae timor Domini*. Quod si quis attentè consideraverit vitam antiquorum Patrum in eremo degentium, qui tam altas in virtutibus radices egerunt, multos annos illos in timore impendisse reperiet, & ob eam causam magno progressu in virtutibus, vitaeque sanctitate fecisse: contra verò multos nostris temporibus in via spirituali defecisse, eo quod in timore Dei minimè fundati ac radicati, ad altiora devotionis exercitia gradum fecerint. Timorem DEI generant salutare inferni, iudicii Dei, ac mortis meditationes.

Maximè tamen notatum velim, quod quamvis via hujus exercitia: purgationem, lucem, & amorem, ordine suo digeramus; primumque locum contritioni. Secundum, sui ipsius cognitioni. Tertium, amoris signemus; nolimus tamen quemquam taliter ad hanc ordinem adstringere, quasi non possit sine priorum praxi posteriora amplecti; etsi enim spectata rei natura, ita ut diximus, unum alteri subordinetur, at tamen ubi ad praxin descenditur, non est necesse hanc omnino seipsum & procedendi modum mordicus, & quasi ex obligatione servare; sed unusquisque suae devotionis sensum, & internam Spiritus sancti inspirationem sequi poterit. Quod pari ratione in exercitiis viae Illuminativae, & Unitivae observandum erit.

Sed antequam ulterius ad viae Illuminativae exercitia progrediamur; Quomodo cognosci possit, quando anima sufficienter expurgata sit, ut majori lucro profectumque spirituali ad illuminativam viae exercitia transeat trademus.

S. Bonavent. indicium perfectae purgationis hoc assignat: si ea, quae prius movebant ad timorem, compunctionem & dolorem; modo excitent ad amorem. Non obscurum etiam erit hujus rei signum, si ipsius odium, tantaque peccati abominatio, & detestatio, ut pro toto mundo ea retere nequaquam vellet. Similiter judicandum

erit, quando anima perceperit novum quendam lucis radium, quo illustrata libentius & facilius recogitat divinas perfectiones quam suas miseras & imperfectiones, potiusque in virtutum quam in compunctionis inclinata exercitium, ad ea quodammodo nauscat, quae prius cum diligentia & fervore pertractabat. Tunc enim sufficienter judicatur animam hujusmodi ad illuminationem esse dispositam. Cavendum tamen imprimis hic quidpiam proprio motu attendere, sed in omnibus sequi oportet iudicium consiliumque sui directoris ac magistri; alioquin enim loco profectus certissimum inveniet praecipitium.

Præscribunt præterea Doctores quidam per quantum temporis sese exercitare debeat anima in via purgativa. Præterimus ea quae DEUS, cujus potentia, nec modum, nec limites habet, quandoque operatur, cum *facile ei sit subito honestare pauperem*, & ab uno ad aliud extremum sine medio transferre. Sanctam enim Mariam Magdalenam, & S. Petrum, aliosque ad viam unitivam subito evertit; quod & modo puris quibusdam animabus concedi existimamus. Ordinatio ergo modo aliquibus trimestre purgationi sufficere videtur. Cum tamen graves quidam auctores asserere non dubitent, unius anni spatium ad viae unitivae perfectionem assequendam sufficere, crediderim satis esse sex menses purgationi impendere; maxime cum, ut supra diximus, in via illuminativa, & unitiva nullatenus unquam omitti debeant viae purgativae exercitia, sicque utraque via inter se commiscendo, securior, (licet non tantà purgationis certitudine) ad illuminativam fieri poterit ascensus.

CAPVT XII.

De exercitiis viae Illuminativae, siue proficientium.

Proxima ad unitivam dispositio via est illuminativa: cum enim voluntas non feratur in incognitum, nihil ita ad amandam DEUM conducit, quam certa ipsius cognitio. Illuminativa enim haec via dicitur, quia puriori mentis oculo anima DEUM videre incipit; Passiones enim eam excæcantes, mortificat, & virtutes, quae illuminant acquirere facit. Quare exercitia hujus viae duplicis sunt generis: priora circa passionum mortificationem, & virtutum acquisitionem; posteriora circa veritatum divinarum, ipsiusque DEI clariorem cognitionem versantur. Scopus hujus viae praecipuus est cordis munditia; quae ex passionum vitiorumque mortificatione & abnegatione ac virtutum acquisitione resultat; perfectissimo exemplari proposito JESU Christo Domino nostro, in quo omnis virtutis puritatis, amorisque perfectio abundantissimè reperitur & hauritur. Nihil itaque conducibilis ad viam illuminativam asperantibus esse potest, quam attenta viae & passionis Domini nostri JESU Christi consideratio, sedulaque imitatio. In Christo enim JESU divinae perfectiones atque attributa, omnipotentia, magnitudo, sapientia, bonitas, misericordia, & iustitia, ex quibus in DEI deducuntur cognitionem, mirificè resplendunt, & quasi in lucidissimo speculo, in quo iugiter intendamus, virtutum omnium exercitia, clarissimè reflexerunt; atque ita tota via hanc gradientis exercitia in imitatione JESU CHRISTI consistit in quo quidè illius perfectiones attentè perspiciens, virtutesque perfectissimas

in seipso exprimens, ad beatam tendat amoris cum DEO unionem. Quicumque autem ab hac via deflexerit, nunquam ad Patrem, per ostium nimirum (quod Christus est) non intrans, vel oratione, vel unione obtentâ, pertinet.

Est meditatio atque imitatio vitæ Domini nostri JESU CHRISTI utilissima, securissima, maximeque meriti, atque omnium omnino viarum compendiosissima & sublimissima; & idcirco nunquam quoad vixerimus ab ea desectendum. Quæ de re plura nobis supersunt dicenda, sed tractatus hujus angustia sermonem protrahere non permittit.

§. Primus.

Primum via illuminatiæ exercitium.

Primus igitur, ut antea dicebamus, illuminatiæ gradus, est passionum animæ perfecta & omnimoda abnegatio & abdicatio, cum homo toto & extremo conatu vim sibi facit in cohibendis animæ suæ passionibus, voluptatibus, commoditatibus, sensibus, proprio judicio, propriâ voluntate, honore, lucris, consolationibus, omnibusque aliis partis rationalis inordinatis affectionibus, & amoribus; & totaliter seipsum abnegans suæ rationis motuum suorum moderatur & gubernat. Et quia ab hac passionum refrenatione virtutum moralium gigno dependet, cum hæc illarum moderatioe introducatur, ac exerceantur, hinc tota difficultas in hac perfecta sui ipsius mortificatione & abnegatione consistit. Unde quam optimè *Cassianus* duplo majori labore asserit passionum affectiones eradicari, & mortificari, quam virtutes ipsas in anima inferi. Consultit quoque idem *Cassianus* in mortificandis passionibus primò capitalem impugnandam esse, eaque quæ magis potentes ceterisque fortius dominantes, acrius bellum nobis movent: præcipuam enim aliarumque Reginâ devictâ, aliæ staccunt & facillimè exinguntur. Neque quis existimare debet hoc negotium esse unius diei, aut mensis, sed annorum plurium, in quo continuâ perseverantiâ & perseveranti continuatione, sensim & paulatim inveteratam Adæ rebellionem exinguat, & seipsum sibi, Deoque perfectè subjiciat: sicut *gutta, ut dicit proverbium, cavat lapidem non vi sed sæpe cadendo: &, subtilis crassam corrodit lima catenam.*

Monendus mihi hoc loco videtur spiritualis exercitator, ne miseretur, aut etiam animum abjiciat, si sensibilis subinde ipsi subtrahatur devotio, quod in isto præsertim, plusquam in superiore vitæ spiritualis cursu, non raro contingere solet, divinâ sic, admirabili bonitate suâ, disponente providentiâ: ut sicut arbores noviter plantatas usque dum radices egerint necesse est continuo irrigari, quæ postea radicibus humorem terræ sugentibus parvo accedente subinde ore facillè excrecant: ita animas recenter in horto suo plantatas abunde, cœlestis devotionis rore, irrigat Deus, quousque virtutibus radicata se sustentent, atque etiam necientes excrecant, non deficiente substantialis devotionis humore & subinde accessoriâ divinæ gratiæ largitate.

Quod diximus de subjugandis principalibus passionibus, de virtutibus quoque intelligendum venit, maximeque in moralibus principales exerceri debent, quales sunt humilitas, patientia, obedientia.

Nec aut quod quis de passionibus subjugatis,

acquirit: sive virtutibus sibi applaudat, aut gloriatur, quantum vis magna sentiat desideria frequentibus, & contrariis vitiis impugnationibus, quasi lydio lapide probatus, didicerit etiam aridus, & sicca omnique devotionis gustu privatus pristina virtutum & mortificationis exercitia non omittit, sed nihilo remissius omni difficultatis eventu, in iis constantè perseverat.

Primum igitur hujus viæ exercitium, positum est in expurgatione passionum, media scilicet, virtutum operatione, & totali sui ipsius abnegatione. Firmiter itaque hic secum statuat quisque hanc ingrediatur viam, nunquam illa in re, aut commoditate seipsum quærere, omnem quantumlibet minimam rerum creaturarum delectationem fastidire & fugere, divino beneplacito sese per omnia conformare, forti alacrique animo mortificationis laborem omnemque angustiam, afflictionem, crucem libenter post Christum Dominum bajulare, & omni dubio procul maximo brevissimo temporis spatio conficiet in via Domini progressus.

§. Secundus.

Secundum via illuminatiæ exercitium.

Secundum & præcipuum viæ hujus exercitium, est cognitio JESU Christi, quæ duplex est. Prior, ut est DEUS, Patris verbum, ac secunda Trinitatis persona. Posterior, per respectum ad creaturas, eum considerando, ut omnium bonorum auctorem, beneficia ab eo percepta creatoris, conservationis, redemptionis, aliaque particularia gratâ mente recolendo. Prior in se perfectior, nobilior, sublimior est. Posterior tamen in hoc profectus spiritualis statu longè utilior, magisque apposita ad animos divini amoris igne, suppositus beneficiorum fomentis, inflammandos: hic enim anima incipit aperire oculos, & unde, & à quo veniat quærens suum pergit investigare principium, creatorem, conservatorem, incipientemque à ceteris creatoris, admirabili ordine hominis obsequio destinatus, per quandam cognitionis simul & amoris scalam, totâ mente, & affectu divinæ perfectionis potentiam, sapientiam, bonitatis, considerando & amando, perlustrat.

Verum enim vero nullum inter omnia DEO opera efficacius valet ad extirpandam quantumlibet desiderem hominis animam, quam opus redemptionis ac salvationis nostræ. Quid enim ullo modo, aut pacto majus ampliusque excogitari potest, quam quod æternus Pater Filium suum unigenitum dederit nobis in eadem carne magistram, in eodem sanguine fratrem, crudelissima morte copiosissimum Redemptorem, & in exhausto amoris ardentissimi, quo incendatur igne suo grantem. Penetrabilis hic fit divinæ misericordie abyssus, & investigabilis, latentque divinæ sapientiæ & providentiæ altitudo, tam idoneo & efficaci redemptionis nostræ gloriæ quæ divinæ medio, in nostram dimissa naturam clarissime aperitissimeque replendet.

Diligentissimè igitur singula, quæ in hac amarissima JESU Christi passione concurrunt, perpendenda erunt. Quanti infinita illa Verbi incarnati persona nos fecerit, quæ & quanta pro nobis Christus Dominus perpellus fuerit, quamque tantumera beneficia dolorissimâ sanguinis sui effusione nobis protraxerit. Ad hoc juvabit, quæ hæc diligenter

Coll. 3:
ca. 16.

Coll. 5:
ca. 14.

Col. 3.

De My-
tica The-
ol. 2. de
via illu-
mi. p. 3.

diligenter meditari, aut conemplari puncta. *Qui patitur, quid patitur, quam graviter patitur, pro quo patitur & quanto amore patitur.* Quæ singula attendere, ut patet est cogitatio, non possunt non maxime, in anima excitare divini amoris incendium. Erit insuper attendendus modus, quem Christus Dominus in vita & passione servavit, quæ videlicet obedientia, resignatione, charitate, humilitate, patientia nobis præluxerit, ut virtutes has, quas considerando admiramur, imitatione in nobis exprimamus.

Neque illa reus à piis hisce de Passione Christi Domini nostri meditationibus est desistendum, quosque habitualis quedam ejusdem præsentia in nobis quodammodo depingatur, per quam anima CHRISTUM crucifixum continuò intra se contemplant, quasi in illius imaginem transformetur. Proderunt ad id plurimum spirituales libri vitam Christi Domini piis considerationibus & meditationibus explicantes, præcipuè vero, si quæ poterimus diligentia contemur orationem nostram de Christi Domini humanitate contexere, ex ea lumine cognitionis DEI, affectum gratitudinis pro receptis beneficiis, desiderium imitationis virtutum, & singularem ergà Dominum nostrum JESUM Christum amorem haurientes.

§. Tertius.

Tertium exercitium.

Tertium hujus viæ exercitium, & hoc quidem proximè & immedia è ad viam unitivam disponens, est amor Domini nostri IESU Christi principaliter ex recordatione divinarum beneficiorum procedens, qui amorosissimus quibusdam grati animi testibus accendatur, & foveatur aspirationibus his aut similibus: *Quando Domine, quando debita gratitudine tanta rependam beneficia? Quando amorem amore compenso? Quando utinam totum me possideres, sibi que me totum impenderem. Si totum quod debeo persolvere non possum, hoc tamen tantillum quod valeo insinuat illi tuâ bonitate dignanter suscipe.* Deniq; ubi sic hoc modo perfectè exercuerit, conabitur, quantum erit possibile, Christum in omnibus spiritualibus oculis respicere, ita ut Christus, ut inquit Apostolus, sit omnia in omnibus, & ad rei cuiuslibet conspectum divino Christi amore se sursum elevare, his vel similibus, s. Bonavent. docentia Theologiae, anagogicis suspirationibus, dum exponens orationem Dominicam ita inquit: *Pater, id est: tu es via illius, qui filios spirituales progeneras, mediante vivificatione.*

Col. 3. *mi. p. 3. tivo germine; tunc ergo ero verè filius tuus, quando te vero amore constringam. O quando diligam te, constringam intimis visceribus? Similiter per hoc quod dicitur, nosse, id est, tu es ille, qui latissime diffusam bonitatem, si ergo verè te amarem, tunc aliquid in me tue latissime diffusionis stillares. O quando te tam ardentè amabo, ut tua lata bonitas in me aliquantulum appareat? Similiter per hoc quod dicitur, in calis; & sic de aliis, omnia anagogicè transferendo, & ita per meditationem præviam, per istas aspirationes affectio amoris paulatim accenditur, & sicut stupa radio solari exposita primò exsiccat, & statim accenditur; sic per istas aspirationes dilectum provocantes, ad mentis elevationem magis ac magis accenditur, usquequo ad unitivam elevationem affectio sustollatur.*

Hactenus D. Bonavent. Neque solum in verbis, quæ dicit, aut audit, sed quocumque aliquam creaturam intuetur, vel aliquid agit, diligenter in-

dem factitandum erit. Dum manducat, verbi gratia, cor in DEUM erigens dicit: *ô Domine, quando satiabor pane illo, qui solus satiare potest, pane Angelorum? Quando est bibiturus: quando dabitur mihi Domine bibere de aqua vite, quæ in me omnem creaturam sitim extinguat? Domine da mihi hanc aquam, aquam amoris tui, quæ omnem terreni amoris concupiscentiam in me moriatur.* Hoc enim modo anima ad viam unitivam se disponit, ad quam transire non debet, nisi benè prædomitis passionibus, habitibusque virtutum ita altè radicalis, ut in earum exercitio firmitatem facilitatemque experiat, licet supra illa, quæ perfectorum est, dulcedine & delectatione nondum perfruatur. Demum plura possent dici de viâ illuminativâ, ut ita dicam acquisitivâ, quæ quia altiora sunt merito à nobis pleniori tractatione lib. 3. de divina oratione digesta, hic prætermittimus.

CAPVT XIII.

De exercitiis viæ unitivæ sive perfectiorum.

Finis viæ unitivæ, est intima unio cum DEO unio: media sunt cognitio, & viva quædam se DEO per verum amorem uniendo desideria. Felix illa anima, quæ cum Moyse post sex dierum caliginem multam nimirum laborem, exercitiationem, desolationem, gemitus, suspiria, septimo tandem die ad montis verticem, altissimamque cum DEO unionem, quæ hæc viâ peragitur, & venerit. Felix atque iterum felix servus Hebræus, qui sex annos serviens septimo libertatem evadit. Felix videlicet illa anima, quæ post longam purgationis & illuminationis quasi servitutem, tandem omnibus dissoluta vinculis à Spiritu S. in filiorum ætera libertatem; in celestis Patris familias hereditariâ mensa convivatur, & fonte qui eam omnium laborum oblivisci facit inebriatur. Fons ille est patens, ad quem omnes invitatur. Omnis illa, scilicet venite ad aquas. Non quasi uno cursu, tractuque ad istam aquarum viventium fontem pertingere valeamus, sed ut sensim & pederentim continuò assiduoque labore & exercitatione, præsertim verò oratione & mortificatione, sine intermissione progrediamur. Neque hoc sufficere, nisi specialis Spiritus sancti virtute, cursus noster dirigatur, & promoveatur. In hoc enim statu, quem viæ unitivæ appellamus, Orationis & contemplationis à Deo divinitus infusæ gratiam læpius quam in aliis statibus degustare incipimus. Et quia de illa arcana & felicissima unione, quæ purissimis animabus extra sensus tactus contingere aliquando solet, in lib. 4. de divina oratione fusius pertractavimus, nunc tantum de ea, quæ fit mediâ charitate, sine aliis accidentibus, nempe sensuum præ amore & jucunditate alienatione, alii que de quibus eodem loco breviter disseruimus. Est autem hæc de qua modo agimus, substantialis unio, quæ in omnimoda nostræ voluntatis cum divina conformitate & unione consistit, & totan non minoris meriti & valoris, quæ etiam sobria à mysticis vocatur ad discrimen alterius quam ebriam appellant; quia ebria cum sensuum abstractione; sobria verò absque illa contingit. Triplicia sunt pariter ut in præcedentibus ratione hujus viæ officia.

Primum est puritas cordis, ut quis enim DEI gustum percipiat, cor ab omni inordinato creaturæ gultu liberum & purum habeat necesse est. Ad hanc

cordis

cordis puritatem omnia, quæ præcesserunt aliarum viarum exercitiis, tanquam ad scopum destinantur; huc enim facit assidua cordis compunctio, passivum mortificatio, proprii iudicii, voluntatisque abnegatio, & quod propriè hoc viæ hujus exercitio perficitur, omnimoda & perfecta ab omni cujuslibet creaturæ affectu aversio. Quare imprimis & ante omnia necesse est abstinere ad omnes res, quæ ad se non pertinent, à superfluis curis & sollicitudinibus, à nimia hominum familiaritate, & non necessaria conversatione, aut occupatione. Denique ab omnibus istis rebus, quæ suis imaginibus, aut phantasmatis, mentem inquietare, occupare, aut depingere possunt. Et finaliter istis omnibus, ex quibus non resultat DEI gloria, proximi salus, aut ab obedientia non sunt præscripta. Præcipuè tamen ad hoc incumbere debet, ut ad verba & prospera aequanimiter, sine ullo pacis internæ dispendio de manu DEI suscipiat; ut nec adversis frangatur, nec prosperis inoleseat. Quod obrinet poterit, si perfectâ animæ libertate nulli creaturæ inordinatè afficiatur, nullis serviat cupiditatibus, nullas species præter eas, quæ ad DEUM referantur, intus admittat, ejusque conversatio tota de DEO, in DEO, & cum DEO sit. Verùm quia ad vitam spiritualem instituendam, & perficiendam maximè est momenti hæc cordis puritas, subjiciam hic verba cujusdâ Doctoris pii, de ea sic disserentis.

Ad comparandam, inquit, puritatem cordis & ejus perfectionem multa forent dicenda, paucis tamen omnia complectar. Elige vitam solitariam, & ab omni hominum conversatione, quantum fas erit remotam, insuper ab omnibus occupationibus & curis, ab omni strepitu verborum, & turbulentiæ sæculi negotiis, quantum potes abstinere, ut sic in sancto silentio, cordisq; humilitate soli DEO vacare possis, facessant à te procul omnia sensuum oblectamenta, nisi forte quid simile necessitas, vel infirmitas postulerit. Ad hanc semper aspira puritatem, utque eam facilius assequaris, omnes tuos sensus continuò mortificationis freno cohibe, pervigili curâ januam cordis occlude, ne in illud aliquid, quo inquinari, perturbari, vel minimò affectu pollui, aut inquietari possit ingrediatur. Debes præterea nudam phantasmatis, necnon affectum vacuum ab omni vitiosa naturæ inclinatione, liberumque ab omni creaturæ cujusvis amore: ut hoc pacto solus sibi relictus, & in se unitus spiritus tuus, convertat se ad DEUM, totaque pauciter anima illi se totaliter uniat, in illo requiem habeat, & ab omni creatura ad DEUM ascendens illum, sui oblita, solum speculetur, solum amet, solum quærat. Illud insuper DEI beneplacitum est, ut de manu ipsius cum plena tui abnegatione, integra humilitate, patientia, gratiarum actione, quidquid ergà te ordinaverit suscipias. Hæc ille.

Potè puritatem hanc facillimè acquirere, & optimè fovebimus, si sancto alicui exercitio ita nos ipsos totos cum fervore & constantia dedamus, ut non pateat ullus inordinatæ cogitationis accessus; sed totum sanctis vitæ Domini nostri JESU Christi meditationibus, & continuis in cælum tendentibus aspirationibus (quæ exercitia sūt viæ hujus posteriora) sit repletum & præoccupatum.

Secundum igitur viæ hujus exercitium, in luce, DEI nimirum cognitione consistit, quæ duplici modo acquiri potest. Uno per contemplationem, sive acquisitam, sive insulam divinam perfectionem, bonitatis, immensitatis, sapientie, majestatis,

in quantum per fidem nobis innotescunt. Alio modo excellens acquiritur DEI cognitio, per contemplationem quandam negativam, quæ ut latè l. 5. de *Contempl. divina capite 8. & 9.* probavimus, perfectior est illâ priori, quæ per affirmativam DEUM cognoscimus. Talis autem DEI cognitio, per negationem, nihil aliud est, quam simplex quidam DEI incitus, quo certimus eum esse ineffabilem, & incomprehensibilem, & à nobis in hoc mundo degenibus inintelligibilem. Hoc enim modo non ipsam cognoscimus Dei substantiam, vel essentiam, bonitatem, aut alias divinas perfectiones, sed solum quam sit incomprehensibilis, id est, tale quiddam & tam altum, ut ad id mens hominis assurgere non valeat: quæ promde DEI notitia negativa vocatur, non quod de DEO neget attributa, quibus cognoscitur, ut sunt bonitas, sapientia, &c. Sed quia ab eo remouet omnes creaturæ imperfectiones, nostrique intellectus capacitatem, ad ipsam comprehendendam pertingere posse negat. Eodem modo solem dicimus nostris vim subterfugere, non quod reverè videri nequeat, sed quia oculus noster debilior est, quam ut eum retro à acie intrare possit. Cuiusmodi ad hanc subtilissimam DEI cognitionem mentis hominis assurgit, in terræ dicitur radiis tenebrarum & divinam caliginem; illam enim inaccessibilem lucem contemplans, vastumque mare perterritans, finem vadumque non invenit. nihilque aliud de Deo dist. nate valet cognoscere, quàm quod sit incomprehensibilis, ineffabilis, inaccessibilis.

De hac contemplatione & cognitione Dei per negationem suscipi tractatum reperies l. 3. à nobis edito de *divina contemplatione* ubi supra.

CAPVT XIV.

De amore, nobilissimo viæ unitivæ exercitio.

Tertium ac nobilissimum viæ unitivæ exercitium est amor, quo anima DEO unitur; quæ quidem unio altissimam Dei cognitionem, maxime eam, quæ in caligine sit, consequitur: impossibile enim est tota cogniti & perspectis divinis perfectionibus, cum Dei immensitate & incomprehensibilitate, non omnino tantamque sublimis bonitatis amore collescere. Ve autem in ferventiores amoris actus erumpat, debet anima vires suas magis in voluntatem, quam in intellectum effundere, quod melius mediâ Dei cognitione per negationem præstare poterit. Et hæc est semita regis, quam D. Dionysius & S. Bonaventura, omnesque Dionysii De M. si commentatores, doctissimi & gravissimi auctores nimirum docuerunt, ut plenius ostendimus l. 5. Theol. de *divina Contempl. & 4. de divina Oratio.*

Ex dictis porro patet duplicem esse ad divinam unionem perveniendi modum: Vnum, per intellectus operationem, Dei attributa & perfectiones contemplando. Alterum per amoris affectum, oculo videlicet intellectus clauso, per continuas ac ferventes aspirationes, actusque anagogicos, & signata desideria Deo se uniendo, ut ipse Dionysius docuit. Cum enim anima jam certò per fidei revelationem sciat, nullatenus se in hac viâ DEUM, ut in se est (intellectu nimirum nostro ad ineffabilem & incomprehensibilem divinæ naturæ, tam sublimem notitiam profas hebetè & incapaci) cognoscere posse, cognoscat tamen omni laude & amore dignissimum, hæc generali & indistinctâ, omni aliâ particulari secludâ, cognitione sufficienter illustrata & convicta, ferventissimis desideriorum

tota in amore resoluta, toto corde in divinam unionem anhelat, & ad instar cæci mente affidentis, ea, quæ apponuntur videre quodammodo negligens, comedere & pasta illo cordis divini saturari magis exoptat.

Notandum tamen hic est, quamvis hoc, quod diximus, viæ hujus præcipuum sit exercitium, nequam tamen illa quæ circa specialem Dei & Christi Domini Redemptoris cognitionem, & maximè ipsius erga nos amorem, virtutumque imitationem versatur, omitti omnino debere. Quia imò quando anima obrepuisse se senserit, divini amoris ignem particularibus illis meditationum, & virtutum exercitiis, quasi minutulis quibusdam lignis excitare conabitur, qui mox, ubi inarferit, omisis istis particularium motivorum considerationibus, anagogicos actus frequenter eliciat, donec quidam fame DEI languens sitique exhaustus, intercalatis hisce actibus per actum amoris continuatum, & puram quandam simplicemque DEI contemplationem, usque ad perfectam cum DEO unionem petrascat.

Nonnunquam quoque interrumpenda erit affectuum istorum anagogicorum frequentia, ne nimia vi sua vitæ & caput debilitent, atque etiam ne forte quis omisso virtutum moralium exercitio, se omnino vacuum, & à sine suo longè reperiat remotum & alienum. Necessè itaque erit, ut subinde crebris virtutum actibus, maximè humilitatis, resignationis, gratitudinis, respiciens in autorem fidei JESUM Christum, ei se confortare, ejusque mores in se exprimere studeat; & charitatis illius infinitæ modum ruminet, ac diligenter expendat; sicque cum ad pristina amoris unitivi exercitia redire voluerit, se magis DEO assimilatam, magisque ad unionem transformationemque divinam dispositam, non sine magna cordis sui voluptate reperiet. Illi vero, qui virtutum studium omnino prætermittunt, corpore quodam, otioque ita reddantur hebetes & dissoluti, ut cum sibi persuadeant ad intimam sese cum DEO unionem, veramque pervenisse tranquillitatem, pleni tamen amore proprio, verisque carentes virtutibus, quam longissimè à seculo distent. Bina igitur hæc exercitia amoris unitivi, & virtutum cum perfecta sui ipsius mortificatione, proposita sibi vitæ Domini nostri JESU Christi vivi omnis perfectionis exemplaris, alternanda sibi erunt, & vicissim renovanda. Hanc exercitiorum unionis & virtutum vicissitudinem, mystici vocant renovationem operis & unionis, quæ fit partim DEO per amoris unionem inhaerendo, partim vero virtutum actionibus studendo.

Quibus denique hæc via unitiva perficitur. Primum est perfecta per contritionem, mortificationem, omnimodam abnegationem, abstractionem ab omni omnino rei creatæ delectatione, per veram cordis puritatem a versio: cum anima omnibus rebus mundanis, cunctisque creaturis renuncians, & in æternum valedicens renuit, inquit cum Psalmista, *consolari anima mea*. Et, *Eccle 10. gavi fugiens, & mansi in solitudine*. Et cum Job: *Spespondium elegit anima mea, & mors omnia ossa mea, &c.* hisce verbis omnes mundi delicias, voluptates, omnemque humanæ vitæ conversationem, & consolationem à se rejiciens. Secundum est mediis aspirationibus, exercitiisque supra allatis animæ in DEUM conversio. Atque isti sunt duo poli, inter quos continua vitæ Domini nostri JESU Christi meditatione, & contemplatione, ut supra diximus, in hac via unitiva incedere debet anima. Summo operè etiam juvabunt ad assequendam

unionem: Primò fugere omnem humanam consolationem. Secundò pati quæcumque adversa. Tertio, tacere intus & foris. Quarto, abnegare se in omnibus. Quintò, omnino se divinæ voluntati & beneplacito resignare, & hæc brevissima & compendiosissima ad unionem acquirendam & conservandam via.

CAPUT XV.

Quod anima, quæ proficere cupit, ab initio viæ purgativæ usque ad omnimodam viæ unitivæ perfectionem, semper debeat eadem exercitia frequentare.

VNA inter præcipuas exigui in spiritali viæ progressus causas, est crebra exercitiorum mutatio, nimiaque inconstantia in corporis relinquendis, & in novis amplectendis facilis. Unde fit, ut plura diversaque profectus, hodie hoc, cras aliud, perendisse illud, in fine anni nihil reperitur apprehendisse. Similes iis, qui vulneribus suis diversæ adhibentes emplastra, dum nullum vim suam exercere sinunt, nunquam sanantur. Nam dum quamlibet devotionis auram gustare volunt, & in quolibet quod arridet verbo affectu quærent, proprii obliviscuntur exercitii. Idem istis contingere solet, quod iis, qui diversi generis vina prægustantes, nullum tamen pretio comparatum, secum in usus suos abducunt: dum enim sic passim sua singulis gustibus accommodant exercitia, ubi post multos annorum labores, sui profectus rationem instituant, nihil sese comparasse reperiant, sed virtutibus planè vacuos, & honorum morum habitibus omnino destitutos, ac multis exordiis, sine ullo vero vitæ spiritalis principio & fundamento confusos. Omnis etiam dulcedinis, quæ stabilis in oratione perseverantiæ præmium est, expectes se, non sine magno dolore & confusione, sæpè etiam animi abiectione experiuntur.

Quapropter necessarium existimavi, breviter declarare, quomodo ab ipsis viæ purgativæ primordiis, usque ad omnimodam viæ spiritalis perfectionem, eadem fructuose possint & debeant continuari exercitia. Prius tamen ex superioribus repetendum erit, quod unaquæque prædictarum viarum, tria præcipua habeat exercitia: puritatis, scilicet, lucis, & amoris, ita inter se subordinata, ut in tribus hisce statibus magis magisque perfectè eadem exercentur. Si enim rem ut in se est consideremus, hi tres status ad unum, idemque justitiæ & perfectionis Christianæ finem dirigitur: nihilominus tamen eos distinguis, secundum majorem minoremque ab eodem fine distantiam exercitiorum, & effectuum gratiæ augmentum & profectum. Sic Philosophi imò & sancti Patres eandem virtutem moralem trifariam dividere, in politicam, purgativam, & purgati animi: idque non aliam ob causam, quam propter majorem minoremve perfectionem, quam in uno potius, quam in alio ejusdem specificæ virtutis actu repetiri constat. Nam licet eadem omnino sit prudentia politica, purgativa, & purgati animi, quantum ad substantiam; tamen quantum ad perfectionum gradus est diversa. Eodem planè modo in tribus istis viis: quantum enim ad substantiam, idem est amor DEI, eadem fides, & spes eadem, humilitas & sui ipsius cognitio eadem, idem quoque DEUS, idem unigenitus DEI filius JESUS Christus, est meditationis & contemplationis nostræ objectum. Verum secundum diversam viam, quantum ad perfectionem multum inter se distat.

Quem.

Psal. 76.

Psal. 54.

Iob. 7.

Quemadmodum quoque in accretione corporali, idem homo qui nascitur, idem adolescit, idem ad virile pervenit robur, & maturitatem: ætates tamen & perfectiones earum multum inter se differant.

His ita præsuppositis, ostendamus nunc, quæ potissimum ea sint exercitia, quæ ab initio conversionis usque ad vitæ finem perseveranter continuari possint ac debeant, ad quæ tanquam ad certas stationes recurrens anima, reliquorum operum suorum seriem debito modo ordinare possit. Neque enim aliud intendimus, quam firmas, fixasque præfigere columnas, & bases, quibus ianixum spiritualis ædificii fundamentum, in perfectionis celestis fastigium & culmen exurgat. Eæ tres sunt, quarum prima est puritas sive purgatio, quæ nihil aliud est, quam continuum noxia omnia, quæ contra veram puritatem ac munditiam cordis in omni statu occurrunt impedimenta, tollendi studium: Quod consistit in vera peccatorum contritione, sui ipsius abnegatione, passionum mortificatione, omnium curarum inutilium imaginumque abstractione, usque dum illud de nobis dici possit; Beati mundo corde quoniam ipsi DEUM videbunt. En itaque, lector charissime, exercitium puritatis sive purgationis, quod à primo conversionis tuæ die, usque ad ultimum vitæ tuæ, continuò prosequi debes; quantumcunque enim quis perfectus sibi videatur, semper tamen habebit in hac mortali vita quod mortificet, quod purget, quod superet & expugnet, nec unquam deerunt ei, qui auferat impedimenta.

Secunda vitæ spiritualis columna, continuumque ad quod recurrere debemus exercitium, est lux, cognitio nimirum sui ipsius, & cognitio DEI: in quibus duobus universam Christianæ philosophiæ perfectionem, *S. Augustinus* complexus est his ad hoc utens terminis: *noverim me, noverim te.* Et *S. Franciscus.* *Quæstus tu Domine, & quis sum ego?* Hæc itaque cognitio initium sumit in via purgativa, & in omnibus continuata viis, majorem semper acquirit perfectionem.

Primo siquidem peccata nostra, earumque turpitudinem, nostramque erga DEUM ingratitude agnoscimus. Deinde ipsum quoque DEUM ex misericordie, justitiæque, præcipue verò acerbissimorum dolorum Christi Domini affectuosa & compassiva consideratione cognoscimus. Hæc autem viæ purgativæ imperfecta cognitio, in illuminativa in virtutem transit humilitatis, desideriumque proprii contemptus. Dei quoque notitia, quæ antea erat quasi rudis & animalis, & infantium spiritualium propria, crescit innumerabilium ipsius perfectionum contemplatione, & præcipue meditatione, & imitatione virtutum omnium, eminentissimè in sacratissima Christi Domini humanitate resplendentium. Ac tandem in via unitiva, illa sui ipsius cognitio in tantum excrevit, ut anima intra seipsam profundissimè humiliata, ab omnibus contemni, despici, pro nihilo haberi, quinimo si fieri posset seipsam annihilare concupiscat, & summo studio, omnem ignominiam occasionem quaerat, maximaque exultatione omnem honoris proprii jacturam perferat: tanto enim perfectius seipsam anima cognoscit, quanto amplius in DEI cognitione perficitur: quæ profectò DEI cognitio, hæc in via multò quàm in præcedentibus purior & perfectior; in sublimiore ipsius DEI contemplationem, sive notitiam assurgit.

Tertia denique columna, sive perpetuum exer-

citium est amor, ad quem cætera omnia, tanquam in finem ordinantur. Hic in via purgativa adhuc impurus, imperfectus, & quodammodo mercenarius; per actus attritionis, sive contritionis exerceri solet. In illuminativa verò à passionum nostrarum inquinamentis magis depuratur, & cum ipsa cognitione magis perficitur. Ac denique cum in via unitivæ statu multo nobilior & eminentior sit cognitio, multò quoque ferventior & ardentior est illius amor. Atque ita unus idemque amor, in via purgativa adhuc tepidus, aut saltem sensibilis & impurus; in illuminativa fervet; in unitiva omnibus contrariis devictis & expulsis, exardescit. Eodem modo quo idem calor lignum primò remissè calefacit, postea intenditur, & eoque augetur, ut lignum in ignis formam transmutet. Quis autem est iste calor, nisi de quo loquimur, amor? qui eoque excrevit, usque dum felicissimam metamorphosin hominem in DEUM convertat & transformet.

Porò in multiplici affectuum horum exercitiorum varietate, illos seligere poterit anima, qui uberioris devotionis sentum cauere solent, vel à quibus, consideratè officii, vel persona qualitate, majorem in se profectum vel subsidium emanaturum confidit.

Advertendum est consequenter, quantumcumque quis in harum viarum exercitio faciat progressus, nunquam tamen priora esse deserenda, sed debito modo & ordine posterioribus conjungenda; Quinimò quando plus proficit, tanto perfectius priora continuare debet. Exempli gratia, contritio & sui ipsius cognitio, & abominatio; quæ sunt viæ purgativæ, nequamquam in posterioribus viis omittuntur, sed perficiuntur. Similiter passionum mortificatio & virtutum acquisitio, quæ ad viam illuminativam spectant, multò ferventius & perfectius in via unitivæ debent exerceri.

Ex quibus omnibus manifestè apparet, quomodo per totam spirituales viam eadem exercitiorum series continuari & servari possit; imò ipsa eadem esse omnium viarum exercitia, solum inter se majori minorive perfectione distincta.

C A P V T XVI.

& ultimum.

Omnium trium prædictarum viarum exercitia ad duo potissima reduci posse.

OMnia, quæ superius pertractavimus, brevitate gratiæ reduci possunt ad duo exercitiorum genera; quæ sunt motus quidam sive actus voluntatis interni, duos contrarios terminos, veluti duos polos respicientes. Unus in aversione, alter in conversione consistit. Aversionem intellige ab omni peccato, delectatione, gustu, solitudine, & inordinato cuiusque creature affectu. Conversionem verò ad bonum, ad Deum, ad virtutum exercitia. Aversio consistit in vera compunctione, & omnimoda rerum omnium, quibus perfecta cordis puritas impediti potest, abnegatione; Conversio autem in stabili ad DEUM adhesionem, amore, unionem.

Ad hæc duo, universa vitæ spiritualis substantia & perfectio, compendio quodam reducitur, ut qui hæc diligenter exercitavit, brevissimo tempore

pore omni perfectionis culmen attingat. Aliud enim nihil est vita spiritualis, quam ut homo à se ipso exeat, & in DEUM tendat: arque ita inter hos duos polos seu terminos vitæ spiritualis versetur, & eò omnia purgationis, lucis, & amoris præscripta destinantur. Terrenorum etenim affectuum mortificatio, sui ipsius perfecta cognitio, quæ se omni solatio indignum judicat; Dei attenta consideratio, quæ eum solum querendum, reverendum, & amandum agnoscit, quem alium respiciunt finem, nisi ut homo à se ipso avertatur ad DEUM totus convertatur, & à se existens in DEUM tendat?

Ne quis autem ignoret qualiter in quolibet statu prædicta duo prædicte debeat exercita, hanc eorum praxin breviter subjicimus.

In via purgativa aversio erit ab omni peccato, gustu, & sensibili delectatione, per veros contritionis, & odii sui ipsius actus. Conversio vero per magnam obtinendæ remissionis suorum peccatorum fiduciam, & firmum DEO fideliter deinceps serviendi, illumque super omnia amandi propositum. Vtræque vero adjura per affectuosam dolorum Domini nostri JESU Christi compassionem, & humilem pro collatis meritis pretiosissimi sanguinis ipsius beneficiis, præsertim vero vocationis, & ereptionis à peccatorum occasionibus, gratiarum actionem. In illuminativa, aversio esse debet à peccatis venialibus, aliisque quas passiones nostræ immortificatæ (præsertim tamen amor proprius à quo cæteræ derivantur) causare solent, imperfectionibus, om-

nimoda videlicet illarum extirpatione, & perfecta sibi ipsius abnegatione. Conversio ad DEUM purè propter DEUM fieri debet. Vtræque autem sedula vitæ Domini nostri JESU meditatione, virtutumque imitatione, & amore: à pro beneficiis generalibus & particularibus suis ipsius oblatione.

In via denique unitiva, exercitio aversionis cor ab omni cogitatione superflua, recordatione, affectu, omnique re etiam minima, quæ DEUS non est, verè & perfectè expurgatione mundabitur. Conversionis vero, sese in amorosissimam cum DEO transformare conabitur unionem, & si ita loqui liceat, mutuum animorum identitatem; sed tamen per Dominum nostrum JESUM Christum, infiniti scilicet ipsius ergà nos amoris contemplatione, & nostri ipsius cum sanctissimo ipsius spiritu conformatione.

Juvat etiam ad hæc exercitia, vera cordis humilitatio, quæ quis nihilitatis suæ profundissimum nihil considerans, seipsum exinanendo, humiliando, & quasi annihilando, sub omnium pedibus, tanquam indignissimum quem terra sustineat, dejicit, ac ejusdem sic humiliati cordis sublimissima in DEUM elevatio, per universalsissimam pro omnibus beneficiis sibi, toti que mundo collatis gratiarum actionem, cum vivo & efficaci desiderio, ut tam bonus Dominus ab omnibus creaturis suis gloriosissimè & sublimissimè laudetur, benedicatur, glorificetur, adoretur, & nunc & semper, & per infinita sæculorum sæcula.

Amen.

